3,50
/
9.55

MEDULLA SIMPLICIUM

EX

DODONEO

ET

SCHRODERO

Aliisque gravissimis Authoribus desumta.

PER

GUILIELMUM VAN LIMBORCH
Facul. Med. Lic. & totius Universitatis Lovan. Seniorem Profess. Reg.

EDITIO NOVA

Ab ipso Authore aucta & revisa.



LOVANII,
Typis GUILIELMI STRYCKWANT
sub aurea Lampade. 1702.

COMPENDIUM
UNIVERSÆ
MEDICINÆ.

AB


Bies rubra & alba, *denenboom*, *du ſapin*, *cortex* ſiccat, in infuſione adſtringit & ſanat ſcabiem, *turiones* vel *ſummitates* inter ſpecifica numerantur contra ſcorbutum & artritidem vagam in aqua fontis coctæ & ad ambuſta. Ex *rubra* fluit pix, colophonia, & reſina, ex *alba* vero therebynthina de quibus inter gummata. Oleum deſtillatum contra dolores dentium & procidentiam ani.

Abrotanum *averoone*, *avronne* calefacit & ſiccat in 3. incidit, aperit, detergit, diureticum, citat menſes, ad putredinem, vermes, icterum, venena,

calculum, hyftericam paffionem, morfum canis rabidi, fanat icterum, & calculum, Dos in decocto ad manupulum 1. fit *extractum* Dos ad ʒj *aqua* ad lib.ß.

Abfynthium Romanum, *Roomfchen Alfem*, *Abfynth de Rome* calefacit in 2. & ficcat in 3. difcutit, detergit, incidit, ad putredinem, caufat appetitum, ad halitum fœtidum, bilem corrigit, & affectus hepatis, vomitum fiftit, & ventriculum confortat, icterum, & cachexiam fanat ac hydropem, biliofis tamen & phithificis nocet, fit conferva dos ℥ß *fyrupus* dos ℥j.

Abfynthium vulgare non eft in ufu nifi pro oleo contra vermes, in nodulis pro cerevifia abfynthiaca *fpiritus* pro vino abfynthiaco, *fal fixum* movet fudores, & fpecificum eft anticachecticum Dos ʒj. *extra* ae diflocationes.

Abutilon, althea floribus luteis, calefacit & ficcat mediocriter, *femen* contra calculum, gonorrheam, ftranguriam, & dolorem nephriticum, ad ʒj *folia* contufa ad omnia vulnera recentia.

Acacia vera planta eft egyptiaca quæ ingreditur theriacam fed propter raritatem decipimur, optima tamen eft in fluxu immodico uteri, & alvi, ejus tamen loco capimus acaciam noftram.

Acacia noftra feu Germanica aut Pru-

Prunus ſilveſtris *ſleen-doren*, *prunier ſauvage flores* calidi in 1. *fructus* F. in 2. & ſicci in 3. adſtringunt, incraſſant, ad omnem alvi fluxum & uteri, in gargariſmate ad inflammationes oris & laringis, præcipue tamen contra ulcerationes ex morbo gallico relictas, *flores* ad renum ſabulum, pulpitationes cordis, hydropem & ſcorbutum. Dos in pulvere ad ℈ij. in vino cocti ad ℥iij. radices in vino rubro coctæ contra ſcorbutum, dentes vacillantes, & affectus gingivarum. Fit *aqua* dos ℥j. *ſyrupus* ℥ß *rob*. ad ʒij. *extractum* ad ʒj.

Acanthus *Beiren-klauw*, *pat d'Ours* temperatus in calido & humido, emolliens & digerens in membris luxatis, & ambuſtis, nempe folia & radices contuſæ ad impoſitæ, item in podagra, & opitulatione lienis.

Acetoſa *ſulcker*, *ozeille*, folia, radices & ſemina refrigerant & ſiccant in 2. valent ad affectus cordis & hepatis, coleram reprimunt, ſitim ſedant, in peſte ac febribus ardentibus optima, & ictus ſcorpionum, reſiſtuit putredini, & appetitum augent, *radices* in vino coctæ contra parotides, doſis in ſyrupo ad ℥j.

Acetoſella, alleluia, trifolium acetoſum, *Koeckoecks-broodt*, *pain de Cocus*, gratior eſt quam acetoſa, inſigniter re-

frigeret & sitim sedat, febribusque omnibus ardentibus, cordisque affectionibus mirabiliter confert. Fit *sal* dos ad ℈ij. *conserva* ad ℥ß *syrupus* ad ℥j.

Acetum *azyn*, *vinaigre* differt in substantia & virtute, unum enim est vini aliud cerevisiæ, pomorum, & hydromellis pro chimicis in dissolvendis metallis, usitatissimum tamen est vini & cerevisiæ. De quibus hic, particulas habens mixtas inter calidum & frigidum, desiccans, particulas habens tenues, penetrantes & attenuantes, adstringentes, sudorificas, & putredini resistentes. *Galenus* commendat pro alexipharmaco contra omnia venena, pestem, & morbos malignos, quod *Sylvius* affirmat se conservatum fuisse à peste sex annis grassante: quod & ego declaro dum pestiferis Romæ inservivi, & hic Lovanii in Nozocomio nostro decem annis dysentericis tanquam ordinarius adstiti: optimum autem est *calendulatum* ad coclear unum cum bucella panis stomacho jejuno assumptum.

Dicant adversi acetum scatere vermibus an ne ergo alimenta nostra libera sint ab illis? Nequaquam; nec ipsa aqua fontis uti patet per mucroscopium, & in ipso melle quod tamen præservat omnia antidota & electuaria. Vide desuper *Kircherum*, & *Hofman-*

num, certum autem eſt quod excitet lethargicos introſumptum & exhibitum, temporibus & naribus admotum ſyncopen & omnia deliquia animi præcipuè dum à nimia diſſolutione ſpirituum proveniunt ſanat: cum burſa Paſtoris coctum & parti pubis applicatum ſtatim fluxum uteri ſanat. Videant plura in *Etmulero.*

Accipiter *Havick*, *oiſeau de proie* cujus pinguedo omnibus cutis vitiis medetur, ſingulare remedium contra paronichiam ſtercus pulveriſatum & ad ℈j. introſumptum partum accelerat, & in ſuffutu idem præſtat ſecundum Hippocratem.

Acidulæ, *brons-water*, *leau de bronze* eſtuantem ſanguinem temperant, ſcorias tartareas ex tota maſſa ſanguinea expurgant, viſcerum infarctus deſtruunt & partibus ſuum tonum reſtituunt dos à lib. 1. ad 2.

Acorus adulterinus *geel lis*, *flambe* refrigerat & ſiccat in 2. *radix* ſanat dyſenteriam, ſputum ſanguinis, fluorem uteri omnemque hemorrargiam ſiſtit dos in vino rubro à ℈j. ad ℈ij.

Acorus verus differt toto cælo à calamo aromatico illum ſuperans ad duplum nam *radix* valde aromatica eſt, acris & odorifera, continens in ſe ſalem

summopere spirituosum & volatilem, non cedens aliis aromaticis, idcirco excellentissimum est stomachicum & splenicum, resistit enim cruditatibus, nauseam indigestionem & cachexiam sanat incidit autem & abstergit mucositatem ventriculi. *radix* valet contra hystericam passionem, & colicum dolorem, &c. dos salis est ad ℈j. in *pulvere* ad ℈ij. *electuarium* diacorum pro podragra ad ℈ij.

Adiantum, capilli veneris *muer-ruyt*, *gurguet* attenuat aperit detergit, ad affectus pulmonum renum calculum, ad obstructiones hepatis & lienis, urinam & menses provocat. *Exterius* in urina coctum contra scabiem: fit syrupus dos ad ℥j. *herba* in apozemate pro tussi ad m. ij.

Adiantium aureum vel politricum convenit quo ad vires cum adianto nigro.

Adiantum album, *witten steen-ruydt*, *blanche gurguet*, incidit, adtenuat, valet contra asthma pleuritidem, empiema, tussim, calculum, citat urinam, & menses dos. in apozemate ad manup. ij.

Ærugo elota in putridis ulceribus expurgandis aptissima est comprobata.

Æs ustum & lotum sine morsu cicatricem inducit, reprimit, & nomas coercet tam inspersum quam cerato exceptum, vel in fusum.

Æthio-

Æthiopis calida & ſicca in 2. hujus decoctum magnum eſt antipleuriticum antipodagricum, & vulnerarium in empiemate & aliis collectionibus puris, ex creatum promovet dos eſt ad vitrum unum quater in die repetendum.

Agallochum lignum aloes, *paradyshoudt*, *bois d'aloës*, calefacit & ſiccat in 2. confortat omnia viſcera, cor, ventriculum, cerebrum, & uterum, valet ad lipothymiam, vermes & halitum fœtidum, tineas & aſcarides puerorum enecat ac colicam ſanat dos à ℈j. ad ℈ij. extract ad ℈ij.

Agaricus calefacit in primo & ſiccat in 2. expurgat humores ſeroſos & viſcoſos, citat menſes & urinam, valet ad febres & artritidem; dos in pulvere ſed raro ad ʒj. in infuſione autem cum melle ad ʒij. fiunt trochiſci dos ad ℈ij. pill. de agarico ad ℈iiij.

Agaricus mineralis ſeu lac lune adſtringit & refrigerat ſanguinis fluores ſiſtit dos ʒj.

Ageratum eupatorium meſuæ, *kleynen balſem*, *petit coq*, calefacit & ſiccat in 2. extenuat, exterget, laxat, valet ad affectus hepatis, reſiſtit putredini, hydropem ſanat, obſtructiones aperit, cerebrum confortat & inſigne eſt vulnerarium & hepaticum, menſes & urinam

 provo-

provocat fit *syrupus* dos ℥j. *extract* ad ʒj. pill. ad ʒj. in decoct. à manup.j.ad ij.

Agnus castus, *kuysch-boom*, *aignet chaste*, calefacit & siccat in 3. *semen* menses provocat; lac auget, semen imminuit, appetitus venereos cohibet, hydropem curat & flatus discutit, contra gonorrheam, & furorem uteri præstantissimum est remedium dos in pulvere cum aqua nympheæ vel emulcione ad ʒj.

Agnus, *het lam*, *agneau*, hujus *fel* ad guttas 10. cum succo chelidoniæ introsumptum sanat icterum, epilepsiam & cachexiam sæpius repetendo, *pellis* recens contra inflammationes laringis & amigdalarum, *ossa calcinata* sanant pertinacissima ulcera inveterata. *Coagulum* cum aceto potum contra omnia venena & morsus canis rabidi ac venenatorum animalium. Dos ʒj. *ossa* pulverisata & introsumpta sanant cruentissimam dysenteriam, diarrheam, & fluxum hepaticum dos ℈iiij.

Agrifolium, *hulst*, *housson*, calefacit & siccat in 1. *baccæ* ad omnem flatum intestinorum & dolorem colicum dos no. 12. *cortices* exterius applicati sanant herniam.

Agrimonia, *agrimonie*, *agrimoine*, calefacit & siccat in 1. est hepatica, vulneraria,

neraria, aperit, deterget, ad hydropem & cachexiam, impedit aciditatem cerevisiæ in nodulo, aq. distillata singulare remedium contra calculum ad libr. semis. fit *extractum* dos ℥j.

Alabastrites cujus *unguentum alabastrinum* in doloribus & aliis affectibus capitis summopere prædicatur nec alium in Medicina usum habet.

Alauda, *leeuwerck*, *alouë*, hujus *sanguis* cum vino calido haustus calculosis opem præstat efficacissimam.

Alcea convenit cum malva & althea.

Alcedo, *ys-vogel*, *elicon*, hujus *cor* siccatum & collo infantium appensum morbum lunaticum divertit.

Alces, *elandt*, *elant*, cujus *ungula* præstantissimum est remedium contra epilepsiam, spasmum, convulsiones, & morbum lunaticum puerorum, ac omnes morbos sumnolentes, dos in pulvere à ℈j. ad ℥j.

Alchimilla pes leonis, *Leeuwen-klau*, *pied de Lion*, siccat & refrigerat in 3. consolidat, adstringit, sistit omnem fluxum sanguinis, ad diarrheam, dysenteriam, fluxum hepaticum, sanguinem incrassat, unde in nimio fluxu mensium & uteri conveniens est, in decoctis vulnerariis præstantissima & pro hernia: in clysteribus pro prædictis morbis mirabilia

præstat

præſtat & primum locum obtinet: Virginum mammas laxas linteum *decocto* ejus intinctum & impoſitum duras efficit,& non nullæ quibus libata virginitas, ſolerter ſciunt *decocto* hujus in forma inſeſſus reparare hymen & illibatum mentiri virginitatis florem. Dos in apozemate à manup. j. ad ij. *extractum* à ℈ij. ad ℈iiij.

Alkekengi, *kriecken over zee*, *alquequenges*, ſiccant & refrigerant in 2. neuphriticæ ſunt & diureticæ ac lithontripticæ, calculum renum & veſicæ expellunt, icterum ſanant, ſanguinem coagulatum reſolvunt & gonorheam ſanant, fiunt trochiſci admirabiles in ulceribus renum & ardoribus urinæ, doſis trochiſcorum ad ʒj. in *extract.* ad ʒj. in decoct. ad man. 1.

Alliaria, *loock ſonder loock*, *alliair*, calefacit & ſiccat in 2. incidit, attenuat, reſiſtit putredini, ulcera ſordida & putrida mundificat, cangrenam ſanat, hinc cum ſcordium in multis regionibus non creſcat, alliaria hujus loco ſubſtitui poteſt. Sanatque hyſtericam, paſſionem extrinſecus adhibitum.

Allium, vulgare *loock*, *aiel*, calefacit & ſiccat in 4. incidit, aperit, diſcutit, alexipharmacum, ad colicam, flatus, lumbricos, peſtem, calculum & hydropem,

pem, causat appetitum, & potentissimè provocat urinam, valet contra tussim cum axungia porci tritum & circa plantas pedum inunctum, sed nocet mulieri gravidæ. Fit acetum contra crapulam, cachexiam, & inappetentiam.

Allium junceum, *bies-loock*, *braille*.

Allium inodoratum, *charlotten*, *eschalottes*.

Alium cornuculatam, *rocken-bol*, conveniunt cum allio quo ad virtutes sed tantum in tertio gradu.

Aloë succus cujusdam plantæ ex insula soccotra calida in 2. & sicca in tertio, expurgat corpus per alvum, incidit crassos, viscosos, & tartareos humores, roborat stomachum, movet menses, ad lumbricos, putretudinem, ad nauseam, cachexiam, icterum, & hemorrhoides movet, sed nocet biliosis. Datur à ℥j. ad ʒij. fiunt *pillulæ* alœphanginæ quæ dantur ad ℈iiij. *elixir* proprietatis Paracelsi dos à ℈ß ad ℈j. *electuarium* hiere picræ Galeni provocat menstrua, ad morbum virgineum dos est ad ʒij. ad ʒvj.

Alsine, *moer*, *mouron*, refrigerat & humectat in 2. ejus succus in lacte exhibetur attrophia & phisi laborantibus dos ℥j. Decoctum sanat scabiem cum pompholigo.

Althea, bismalva, malvaviscus *rad.* *fol.*

fol. & *sem.* calefaciunt & ſiccant in 1. emolliunt, laxant, diſcutiunt, anodina, maturant bubones, tumores, acrimoniam mitigant, calculum pellunt, urinam citant, valent ad aſthma, pleuritidem. Fit *aqua* dos lib. 1. *ſyrupus* de althea fernelii dos ℥j. extrinſece vero fit cataplaſma & clyſter ad manup.ij.vel iij. Mucilago valet contra tuſſim inveteratam cum ſaccharo penidiato facta bis de die ad ʒj. unguentum contra dolores lateris punctorios, cum croco & oleo amigdalarum mixtum.

Aloës lignum, *vide* Agallochum.

Alnus, *elſen-boom*, *auln*, temperatus ex calido & frigido. *Folia* recenter contuſa & inflammationibus impoſita illas ſedant, item plantis pedum applicata æſtum febrilem compeſcunt, *ſuccus* ex trunco arboris perforato extillans contra calculum renum & veſicæ ad ℥j.

Alyſſum Galeni valet contra hydrophobiam vel morſum canis rabidi cum vino generoſo aſſumptum & exterius applicatum.

Alumen, *aluyn*, *alune*, valde adſtringit, ſiccat & abſumit excreſcentem carnem & ſordida ulcera ac gurgivarum affectus ſanat, lepramque ſiccat, & coercet, fitque alumen uſtum & plumoſum,

quæ

quæ proſunt in excreſcentiis vulnerum carnoſis, ac in fonticulis promovent fluxionem, prirutum tollunt, & ſcabiem ſanant.

Amaranthus, *duyſent ſchoon*, *pas velours*, *flor.* refrigerant & ſiccant in 1. valent contra dyſenteriam diarrheam fluxum hepaticum ac uterinum dos manup. 1.

Ambra gryſea, *grouwen amber*, *ambre gris*, internè ſumpta optimum eſt medicamentum ad ſpiritus demulcendos & confortandos, unde cerebro & cordi conducit, ſenſus omnes vegetiores reddit, in apoplexia, vertigine lypothymiã, ſpaſmo, &c. ſummis laudibus decantanda, protrahiturque cum illa vita, fitque ſpecies diambræ dos ʒj..

Ambroſia adſtringit, in omni fluxu alvi & uteri ac hæmorrhargiam omnem ſiſtit dos in decocto ad manup. 1.

Ammi, cuminum Æthiopicum *ſemen* calefacit & ſiccat in 3. incidit, aperit, attenuat, diſcutit, valet ad colicam, menſes ſuppreſſos reſerat, alexipharmacum eſt unde & theriacam ingreditur, commendaturque contra ſterilitatem in hinc finem D. Simon Pauli adverſus fluorem album mulierum, premiſſo uterino clyſtere, in pulvere ad ʒj. multis ſterilibus commendavit, quæ ingravidatæ & à fluore albo fuere liberatæ.

Ammoniacum gummi, *gumme, armoniac*, quod sic dicitur quia stillat juxta jovis ammonis oraculum, tantam vim habet emoliendi & resolvendi ut juncturarum tophos dissolvat, tubercula discutiat, partes schirrosas dissipet, & lienem induratum attenuat, mesenterii obstructiones, hepatis, & uteri solvit. Dosis à ℈j. ad ℈ij. fit emplast.

In aceto scillitico dissolutum & cum trohiscis scilliticis mixtum ad ʒj. singulariter contra asthma. Extrinsecus clavis pedum impositum illos eradicat.}

Amigdalus, *amandel-boom, amandier, dulces* temperatæ, bene nutriunt, dolores leniunt, sumnum inducunt, fitque oleum ad alvum emolliendam & humectandam, singulare convulsionum est remedium, in calculo cum alvi obstructione notabilis est efficaciæ, in colica cum fecibus induratis ad ℥ij. introsumptum, medentem non facile deserit fitque emulcio dos lib. ß.

Amigdale amaræ calefaciunt & siccant in 2, attenuant, aperiunt, valent ad obstructiones lienis, hepatis, mesenterii, & uteri, pro timpanitide singulare est remedium dos ℥ß.

Amomum calefacit & siccat in 3. valde adstringit, exsiccat, & calefacit dos in decoct. ad ʒj.

Anas, *ent-vogel*, *canar*, ſi viva,parte deplumata ventri imponatur dolores dolicos demulcet, *cruor* alexipharmacam vim obtinet : *fimus* venenatorum animalium morſui imponitur *adeps* calefacit, humectat, digerit, & emollit. *Podicæ* applicantur buboni peſtilentiali ad maturandum.

Anacardium calefacit & ſiccat in 2. ſerpiginem, impetiginem, & morpheam illitu tollit, ſed ſtatim locus abluendus, memoriam & cerebrum confortat ſed intus nocet & ſtultitiam inducit.

Anagallis, *guychelheydt*, *morgeline*, calefacit in 2. & ſiccat in 1. vulnerariis annumeratur plantis, cum ceruſa decocta podagricos dolores demulcet, ſpicula corpori infixa extrahit,intrinſecè contra melancolicum & maniacum delirium ac morſum canis rabidi. Dos in decocto ad m. ij.

Anagallis aquatica vide Beccabunga.

Androſæmon calefacit & ſiccat in 1. abſtergit humores bilioſos & ſeroſos dos in decocto ad manup. 1.

Anethum, *dille*, *anet*, calefacit & ſiccat in 2. diſcutit, digerit, muturat, lac auget,anodinum eſt, venerem extinguit, colicam ſedat in enemate, *decoctum* ſoporiferum eſt., & ſingulare remedium pro ſingultu dos ʒj.

Ange-

Angelica, *radices* calefaciunt & ficcant in 2. bezoardica eſt & cordialis, aperit, attenuat, movet ſudores, vulneraria, valet ad ſuffocationem uteri, venena, peſtem, morbos malignos, morſum canis rabidi, citat menſes & fœtum, *fit* aqua dos lib. ß extract. à ℈ij. ad ℈iiij.

Anguilla, *palinck*, *enguille*, ejus jecur cum felle ſiccatum & pulveriſatum ad ℈j. cum vino potum fœtum expellit teſte Helmontio., & partum facilitat, ſanguis recens cum vino aſſumptus colicam ſanat, *pellis* ſicca in ſuffumigio procidentiam uteri ſanat, item partibus ſpaſmodicis applicata emendat *aqua* diſtillata contra phthiſim & febrem hecticam.

Anſer, *een ganſe*, *l'oye*, *punguedo*, calore porcinam ſuperat, ſuæque ſubtilitatis ratione magis penetrat & reſolvit, rimis labiorum medetur, & ſpaſmum ſanat. *Sanguis* alexipharmacus eſt dos à ʒj. ad ʒij. *ſtercus* calefacit & ſiccat, incidit, aperit menſes, ſecundinam & urinam potenter movet, ad icterum commendatur ob ſal volatile apperitivum & abſterſivum, hinc maximè in uſu eſt in ſcorbuto & hydrope dos à ℈j. ad ℈ij. fit *ſal volatile* dos ℈ ß. *cuticula* pedum exciccata & pulveriſata valet in pro-

profluvio menſium ſiſtendo dos ʒ ß.

Aniſum, *anys*, *anis*, calefacit & ſiccat in 3. adtenuat, diſcutit, diureticum, lac auget, pulmoniacum eſt & ſtomachicum, tormina ventris, flatus & colicam diſſipat fit *aqua* dos lib. ß. *ſpiritus* ℥j. *ol.* à ℈ß. ad ℈j.

Anſerina, argentina, *ganſerick oft ſilver-kruydt*, refrigerat in 2. & ſiccat in 3. valde adſtringit, conſtippat, ad ſputum ſanguinis, diarrheam, dyſenteriam, fluxum hepaticum, & uteri. Dos in decocto ad manup. ij. *extractum* ad ℈ij. in gargariſmatæ ad inflammationes oris & gingivarum, dentibus admota dolorem ſedat, plantis pedum applicata febres minuit.

Anthora, antithora, aconitum ſalutiferum. *Radices* conferunt contra napelli & ceterarum plantarum venenatarum vires, & ad viperarum morſus, nec non in febribus malignis ſummo cum effectu exhibetur dos in pulvere ad ℈j.

Antimonium eſt quaſi fons & ſcaturigo præſtantiſſimorum medicamentorum, ſpecificam vim habens in lue venerea dos in infuſione crudum ad ˜iij. componunturque ex illo ſequentia.

Adtimonium diaphoreticum, mundificat ſanguinem, aperit obſtructiones etiam inveteratas hepatis, lienis, meſen-

ſenterii, aliarumque partium internarum, menſes provocat, clorofim virginum, & ſuffocationem hyſtericam ſanat, corruptioni reſiſtit; ac luem veneream, ſcabiemque malignam curat dos à gr. 10. ad gr. 25.

Antimonii flores fixi valent ad prædictos morbos dos à gr. 5. ad gr. 15.

Antimonium rubeum fixum optime purgat æque deorſum quam ſurſum; quin imo in nonnullis per diaphoreſim operatur dos à gr. 2. ad gr. 4.

Antimonii oleum album opitulatur cancroſis ulceribus & externis malis, *liquor rubicundus* ternis aut quaternis cohobationibus rectificatus & aquâ cordiali ablutus, admirandas præſtat curationes in lepra, morphæa, apoplexia, epilepſia, & peſte, in aqua appropriata exhibitus teſte Quercetano dos à gutt. 3. ad 6.

Antimonii oleum glaciale, Quercetani præſtantiſſimum eſt remedium multis curandis ægritudinibus, iiſque graviſſimis aptiſſimum, ſuperat enim febres tertianas & quartanas, blande evacuat corpus per vomitum, aliis alvum ſolvit dos ad cochlear ſemis.

Antimonii ſulphur auratum fit ex ſcoriis reguli. Potentiſſime movens vomitum dos à gr. 3. ad 6.

Tin-

Tinctura ex vitro Antimonii ſolari, movet ſudorem, mundificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus, podagricos juvat, dolores artuum in lue venerea tollit ut & ipſam luem. Dos à ℈j ad ℈ij.

Tinctura Antimonii dulcis reſtaurat ſpiritus, valet contra apoplexiam, & omnes morbos ſoporoſos Dos ad gutt. 6. in vino.

Tinctura ex floribus Antimoni, lilium paracelſi, reſtaurativum eſt totius corporis, quod mundificat ſupra omnia arcana, obſtructiones tollit, hydropem, morpheam, lepram & ſcorbutum ſanat dos à gr. 3. ad 6.

Regulus Antimonii ex quo formantur globuli qui deglutiuntur dos ij vel iij blande expurgant corpus, quibus denique lotis, toties idem præſtant quoties introrſumuntur, pariter efficit ſchiphus ex illo compoſitus in quo vinum infunditur per noctem.

Oxiſaccharum vomitivum potenter movet vomitum& optimo cum ſucceſſu ſanat febres tertianas & quartanas dos ab ℥ß ad ℥j cum decocto centauri minoris.

Syrupus emeticus idem præſtat dos ab ℥ß ad ʒvj. cum vino albo.

Crocus metallorum valet in melancholia hypochondriaca. pro febribus intermittentibus, in peſte, arthritide, epilepſia,

lepsia, & coagulatione sanguinis, purgatque per vomitum dos à gr. 3. ad 5.

Vitrum Antimonii, per vomitum & alvum humores crassos, & viscidos ejicit, resistitque febribus malignis & pestiferis. Dos à gr. 2. ad gr. 3. in infusione ad gr. 6.

Verum maxìma cautela ac circumspectione his opus est, ne dum hâc ratione hostem peregrinum excutere tentamus, in alia janua aperta ultro admittamus inquilinium hospitem exterminantes.

Antirrhinum rarissime in usu, extrinsecus tamen applicatum ad affectus oculorum.

Aparine, philantropos, *kleef-kruydt*, *grateron*, aperit & deterget, *succus* ejus contra pleuritidem, dolorem pectoris & hypochondriorum dos ad ℥j. cum syrupo papaveris erratici. *Succus* instillatus pro dolore aurium, herba contusa contra omnia vulnera, & inflammationes glandularum.

Apium palustre, *Jouffrouw-merck*, *de l'ache*, *semen* & *radices* calefaciunt in 2. & siccant in 3. incidunt, aperiunt, citant urinam, menses, fœtum, calculum & icterum, hepatis & lienis obstructiones reserant, odontalgiam solvunt, visum acuunt & torminibus ventris

tris medentur dos radicum in Decocto ad ℥ij *semen* in pulvere ad ʒj.

Aper, *wilt-vercken*, *sanglier*, cujus usualia sunt, *adeps*, *dens*, *genitale*, *fel stercus*, *&* *urina*. *Adeps* singulare remedium est exterius contra pleuritidem, interius ad ruptiones, & rejectiones sanguinis cum aceto propinata. *Dens ejus* specifice prodest in pleuritude & angina dos in pulvere ad ʒj. *Genitalia & testes* venerem stimulant dos in pulvere cum vino generoso ad ʒj. *fel* strumas discutit, *stercus* aridum & in pulvere ad ℈iiij. cum aqua plantaginis potum hemorrhargiis medetur, *urina* calculum comminuit & expellit dos ad ℥ß cum vino rhenano.

Apes, *bie*, *de mouche à miel*, siccæ & contritæ, inunctis alōpeciis capillos restituunt. Harum *mel* quasi quinta essentia optimorum florum dicitur ab apibus primo verè, & succedente estate in alveariis capsulis collectum, balsamicam virtutem obtinens, ac per multos annos perdurans, qua de re tam esculenta, quam medicinalia, juxta vim suam nutritivam à corruptione vindicare & tueri potest: ut theriacam, diascordium, mitridatium, requiem Nicolai & centena alia. Calefacit & siccat in 2. deterget, siccat & aperit, putredini resistit, meatus

meatus & ulcera ſordida expurgat:componunturque ex illo ſequentia.

Aqua mellis præſtantiſſima pro affectibus oculorum in colliriis.

Mel roſarum adverſatur putredini, humores crudos coquit, oris phlegmonas, & gingivarum inflammationes placat & inſigniter detergit dos in gargariſmate à ℥j. ad ℥ij.

Mel mercuriale maxime in uſo eſt in clyſteribus, idque quia alvum blandiſſime ſubducit à ℥j. ad ℥ij.

Suppoſitoria iis inſerviunt quibus alvus eſt adſtricta & quibus medicamenta purgantia nocerent.

Oximel ſimplex valdè adtenuat & incidit, obſtructiones aperit, febribus diuturnis ex craſſa, viſcidaque pituita enatis convenit., hoc tamen notandum, nunquam eſſe præſcribendum in morbi principio cruda adhuc exiſtente materia daturque ad ℥ß.

Oximel ſcilliticum & marubiatum maximè conveniunt in aſtmate, empiemate, & expectoratione, obſtructiones aperiunt, craſſòſque ac viſcidos humores potenter incidunt danturque ad ℥ß.

Hydromel convenit aſthmaticis, & tuſſientibus ſed cito inebriat & nocet colericis & biliosis datur ad lib. j.

Apium quod æquivocum eſt,diverſas enim

enim res denotat: unum eſt paludapium vel paluſtre, *water-eppe*, aliud ſativum quod & *ſelderi*, tertium eſt macedonicum. Conveniunt tamen quo ad virtutes, calefaciunt autem, ſiccant & incidunt; menſes movent, calculum pellunt, icterum ſanant, obſtructiones hepatis ſolvunt, torminibus ventris medentur dantur tam ſemina quam radices in apozemate ad ℥ij.

Aquilegia, *akelyen*, *aucoiles*, calefacit ſiccat & aperit diaphoretica eſt, & diuretica *ſuccus* herbæ inſtillatus vulnera mundificat & ſanat, *ſemen* ejus contuſum in partu accelerando & morbillis ac variolis expellendis optimum eſt remedium & in omni vertigine ſumptum infallibile eſt, datur ad ʒj. In vino coctum prius contuſum contra ſcorbutum, epotum vel gargariſatum.

Araneus, *ſpinnekop*, *araigne*, pulſibus impoſitus febriles paroxiſmos arcet: ſed inſectum eſt venenatum *tela* conſtringit & vulnera conſolidat, ſanguinem cohibens ac inflammationem præcavens.

Argentum, *ſilver*, *argent*, ſpecificum cerebri eſt confortativum, ſpiritus animales reficit, & irradiando confortat, undè in omnibus capitis affectibus, apoplexia, epilepſia, paraliſi, peculiaris efficaciæ cenſetur. Valet ad palpationem

cordis, &c. fitque ex illo magisterium dos ℈j. argentum potabile dos ℈ij. sal dos grana 5.& lapis infernalis in usu chirurgico causticus.

Aristolochia longa & rotunda, *sarasyn-wortel*, *sarasine*: utraque cephalica, hepatica, & pulmoniaca est, abstergit aperit, calefacit & attenuat, venena discutit, movet sudores, citat urinam & menses, decoctum *longe* siccat omnem scabiem & mundificat vulnera dos ad ʒj.

Aristolachia fabacea, fumaria bulbosa, *boonkens bol-wortel*, *racine creuse*, calida in 2. sicca in 3. abstergit, aperit, hepatica, uterina, alexipharmaca, sudorifera, diuretica, vulneraria, citat menses, exsiccat scabiem. *Looch* ad icterum, scabiem, mundificat sanguinem, extra ad vulnera fistulosa, dolores, podagricos, ad humores frigidos, grumos sanguinis & putredinem oris. Dos in pulv. ad ʒj.

Armoracia caphanus silvestris, *peper-wortel*, *grand rafain*, radix calefacit, mucilaginem tartaream incidit, aperit, attenuat, resolvit, exsiccat, diuretica, antiscorbutica & lithontriptica, causat appetitum dos in decoct. ad ℥iij. vel commesta pro condimento.

Arnica, chrysanthemium, alysma. Calefacit

lefacit & ſiccat, citat urinam, ſudorem nonnunquam vomitum & ſanguinem coagulatum reſolvit doſ. in decoct. ad m. I.

Arundo, *riet*, *roſſeau*, mediocriter refrigerat & abſtergit contra articulos ſauciatos in aceto cocta & applicata, ſanat dolorem nephriticum ad ℥ß. pulveriſat, *cineres*, contra ſcabiem cum aceto mixtæ & tineam.

Arſenicum, *rattekruyt*, *arſenicq*, tria ſunt genera, ſcilicet album, vulgare, flavum auripugmentum, rubrum ſeu ſandarracha, magnum eſt venenum, nam per ſummam acrimoniam tanta quoque malignitate vitæ noſtræ balſamo infeſtum eſt, ut non modo intus aſſumptum ſed extrinſecus adhibitum, horrenda ſymptomata indicat, ſicut ejuſmodi deleterium ac venenatum medicamentum, internè adhibere cuivis Medico Carholico debeat eſſe religio.

Artemiſia, *by-voet*, *herbe S. Jean*, calefacit & ſiccat, aperit & diſcutit, uterina, menſes, fœtum & ſecundinas pellit, ſordes abſtergit adeoque vix balnea aut lotiones parant in quibus artemiſia non continetur.

Arum, *kalf-voet*, *pied de veau*, calefacit & ſiccat in 3. ad obſtructiones viſcerum, tartarum quoque in prima re-

 gione

gione ut & lentam ac viſcidam pituitam in pulmonibus incidit & reſolvit; unde in inveterata tuſſi, cachexia, aſthmate inſignes obtinet dotes, radix recens rari uſus eſt ob acrimoniam ſummam: cum aceto præparata dos ℈j. ad ʒj. fit fecula dos à ℈j. ad ℈ij. pulvis radicum aronis Quercetani à ℈j. ad ʒß.

Aſarum, *mans ooren*, du *cabaret*, calefacit & ſiccat in 3. humores craſſos cum ſcoriis bilioſis per vomitum ac nonnumquam per ſeceſſum violenter expurgat, diureticum eſt inſigne, hepar, lienem & veſiculam fellis aperit, utile eſt in artritide, hydrope, ac febribus præcipuè intermittentibus ac ictero. Doſis radix à ʒß. ad ʒj. in infuſo ad ʒij. folia n. 4. 5. 6. 7. fit extractum dos à ℈j. ad ℈ij. diaſarum Ferneli à ʒj. ad ʒij. & ʒiij.

Aſa fœtida, *duyvels-dreck*, *firlonphon*, calefacit & incidit in 3. uſus internus & externus eſt in ſuffocatione uteri dos ℈j. fiunt pill. fœtidæ dos à ℈j. ad ʒj.

Aſelli, *verckxkens*, *cloportes*, digerunt, extenuant, abſtergunt, aperiunt, calculum frangunt, urinam provocant, dolorem nephriticum & colicam ſanant, ac in obſtructionibus viſcerum aperiendis magnæ efficaciæ. Dantur in pulvere præparatæ à ℈j. ad ʒj.

Aſinus cujus *caro* pulli in curanda le-

pra

pra valde commendatur à quibusdam. Phthisicis etiam præscribit Bartholinus & alii. *Ungula* in epilepsia est ungulæ alcis vicaria. Daturque per mensem integrum ad ʒj. extrinsecus *cinis* ejus discutit strumas, cum oleo inunctus ad rimas cutis consolidandas, apostemata discutienda, & ad hystericas ac epilepticas excitandas *odore*. *Sanguis* singulare arcanum est contra maniam ex aure extractus & linteo susceptus & exsiccatus & postmodum cruor cum aq.flor. hyperic. extractus ac infirmo hujus extracti porrectus, ad ℥iij. egregie movet sudorem, & icterum sanat.

Lac nutrit & abstergit idcirco utile in phthisi cum saccharo rosar, in renum abscessu, arhtriticis doloribus, daturque ad libram unam.

Urina calculo renum & vesicæ medetur dos ad ℥j. cum vino rhenano. *Adeps* cicatrices concolores reddit. *Stercus* sanguinem sistit naribus admotum.

Asparagus, *asperges*, *asperge*, calefacit & siccat moderate *radix* est diuretica, lithontriptica & ex 5. radicibus aperitivis, hepatica est & splenetica ac renes infarctus liberat daturque in decoct. ab ʒj. ad ʒiij.

Asphaltum raro ad nos defertur vide pissaphaltos.

Aſperula, *wal-meeſter*, temperara eſt & cordi familiaris valet ad obſtructiones hepatis & pori bilarii, hinc in ictero uſutatiſſimum. Dos in decocto majali ad m. 1.

Aſplenium *vide* Ceterach.

Aſphodelus bulboſus, *affodille*, calefacit & ſiccat in 3. provocat urinam, menſes, & ad icterum dos m. j.

Aſter atticus, herba contuſa contra inflammationes oculorum, lippitudinem & opthalmiam applicata & morſum crnis rabidi.

Atriplex, *melde*, *atroche*: refrigerat & humectat in 2. lenit dolorem, alvum ſolvit in clyſteribus & anodina eſt in podagra ſemen ingreditur pulverem de gutteta.

Avellana *vide* Corylus.

Avena, *haver*, *avoine*, *ſemen* calefacit & mundificat hujus farina ſacculo inditur ac calidè ventri imponitur ad dolores colicos & uterinos leniendos in byturo cocta pro ſcabie capitis exiccanda, *decoctum* ad lib. ß. pro phthiſi, & tuſſi inveterata, ſumnumque conciliat. *Balneum* ex ſtramine paratum convenit in tinea, ſcabie fœda, ulceribus manantibus, & lepra.

Aurantia, *crangier*, *oranger*, cortices ad tormina ventris, colicam, & dyſuriam

riam dos à ℈j. ad ʒj. *semen* ad vermes & ictus ſcorpionum, in nodulo, *aqua* è floribus ad partum difficilem, peſtem, & movet ſudorem. *Succus* contra venenum & febres. Fit ſyrup. de ſucco & de corticibus dos ℥ß. conſerva flor. dos ℥ß. eſſentia ℥ß tabellæ & conſerva ex totâ.

Auricula muris, *muyſen-oor*, *oreille de ſouris*, calefacit, exſicat, adſtringit, abſterget & conſtiſpat laudatur in omni alui ac uteri fluxu; bilem eſtantem ſedat, herniam infantium curat extrinſecus medetur ulceribus oris in collutionibus, & hæmorrhargiam ſedat.

Auricula urſi, *beeren-oor*, conſolidat vulnera & herniæ applicatur ac vertigini.

Aurum vel rex metallorum, balſami ſeu calidi nativi cordiſque noſtri ſummum corroborativum eſt, unde in omnibus morbis in quibus vires reficiendæ ſunt cum ſucceſſu exhibetur, mundificat ſanguinem Compoſita ex eo ſunt, *aurum* fulminans movet ſudorem dos gr. 4. *aurum potabile* ad apoplexiam & paraliſ. &c. à gut. x. ad ℈j. ſal auri inſigne diaphoreticum dos à gr. ij. ad gr. iiij.

B A

BAlanus myrepſica glans unguentaria, ben, *nucleus* calefacit & ſiccat,

 pur-

purgat supra & infra educitque bilem & putuitam, scabiem, impetiginesque sanat dos à ʒß. ad ʒj. exprimitur oleum quod emollit & discutit, scabiem, lentigines aliaque cutis vitia sanat, inditumque auri tinnitui subvenit.

Balsamina mas, folia construsa vulneribus applicata, illa sanat, oleum ex pomis coctum contra scropulas & strumas item hernys applicata illas sanat & pulvis foliorum ad ʒß. introsumptus.

Balsamum verùm, opobalsamum, præstantissimum ac toto orbe maximè celebratum utpotè quod vires habeat abigendis morbis tam internis quam externis: menses movet confert febricitantibus, astmaticis, obstructiones soluit, phthisicos juvat & appetitum excitat: imo tante æstimationis est ut Princeps arabiæ felicis, singulis annis tres libras Turcarum Imperatori pro honorario transmittat dos gr. 3. ad 4.

Balsamum de tollu, calefacit & siccat attenuat, resolvit, vulnerarium est, & pectus expurgat. Usus præcipuus est in astmate, phthisi, *extrinsecus* in doloribus à causa frigida ortis medetur, ventriculi imbecillitatem, parotides, & strumas curat, vulnera consolidat & defendit dos gr. 3. & 4.

Balsamum Indicum, Balsamum Peru-

Peruvianum, calefacit & ſiccat, diſcutit, emolit & ſubaſtringit : convenit in aſthmate, phthiſi, dolore nenphritico, menſibus retentis, hepate obſtructo ac utero ſqalido : extrinſecus lenit dolores ex humoribus frigidis ortos, roborat caput, ac nervoſas partes contractas ſanat, lienem durum emollit, arthriticis doloribus ſummè confert, in vulneribus conſolidandis valde proficuum eſt dos à gr. 4. ad 6.

Barba urſi vide ſcorzonera.

Barbo, *barbeer*, *un barbau*, hujus ova violenter movent vomitum & alvum.

Bardana, lappa major, *cliſſen*, *gleuteron*, *radices & ſemina* ſiccant, pulmoniaca, diuretica, diaphoretica, hinc conveniunt in pleuritidie aſtmate, calculo, expuitione ſanguinis, tumore lienis, arthritide & lue venerea. Extta *folia* ad ulcera vetera & ambuſta dos in pulvere à ℈ij. ad ℈iiij. In decocto ad ℥j. ℥ij. ℥iij. fit aqua dos lib. j. extractum à ʒj. ad ʒij.

Bardana, lappa minor, *kleyn kliſſen, oft bedelaers luyſen, petit glutteron*, tota calefacit, ſiccat, digerit & deterget valet ad læpram & lypothymiam, *extrinſecè* ſanat ſtrumas, tumeros diſcutit, cancrorum ardorem efficaciter extinguit dos in decocto à m. j. ad m. ij.

Baſilicon. *baſilicon*, *baſilique*, folia & ſemi-

ſemina calefaciunt & humectant, digerunt, reſolvunt, expurgant pulmones, menſes movent, ſed rarius adhibetur enumeratur inter plantas deletereas.

Bdellium calefacit & ſiccat, digerit & diſcutit, ſudorem movet, calculos expellit, menſes & fœtum promovet, *extrinſecus* emollit & reſolvit, duruties & tumores diſcutit, hernias curat & nervorum nodos. Dos à gr. 5. ad gr. 10.

Baccabunga, anagallis, aquatica, *water-porceleyn*, *la berle*, calefacit & humectat; uſus præcipuus in ſcorbuto, urinam, calculum, & menſes citat ac fœtum mortuum ejicit. Extrinſecus opitulatur phlegmonis & eryſipelati, hæmorrhoidibus cæcis doloroſis & condilomatibus, maculas faciei abſtergit & vulneribus medetur dos in decocto à m. j. ad manup.iij. fit extract. dos ʒj.

Been album & rubrum commendatur *à Trago* ad fomenta ſudatoria, nervos induratos emollit, *ſuccus* ophthalmiam tollit, dolores oculorum demulcet, *ſemen* epilepticis utile. Dos ℈j. ad ℈ij. utrumque ingreditur ſpecies cordiales temperatas, electuar. de gemmis, diamargarit, pleris archontic. &c.

Bellis, *carſaukens oft maeghde-lieven*, *marguerits*, calefacit & ſiccat moderate, vulneraria eſt & pectoralis, laxat alvum infan-

infantium. Dos in decocto à man. 1. ad manup. 2. contra phtisim & febrem hecticam.

Benzoin, assa dulcis, calefacit, siccat, incidit, attenuat, usus intrinsecus in affectibus pulmonum, catharris, tussi, asthmate: extrinsecus in cerebro per sternutationem expurgando. Fiunt ex illo flores dos à gr. 3. ad gr. 10. tinctura quæ lac virginis appellatur pro tuberculis ac rubore faciei abstergendo, & ob suavem odorem suffumigiis commiscetur.

Berberis, *berberine*, *espine vinette*, fructus. Refrigerant, & adstringunt appetitum excitant, sitim sedant, roborant ventriculum, diarrhæam sanant præmissis præmittendis. Ad manupulum unum in vino rhenano infusi hydropem sanant, fit syrupus, dos ℥j. sal dos à ℈ß ad ℈j. rob. à. ʒij. ad ℥ß conditum sumitur per intervalla.

Beta alba & rubra, *beete*, *bette*, calefacit & siccat, laxat alvum, sed potissimum culinaris, externè in clysteribus emollientibus & abstergentibus, in errhinis ex radicibus recentibus rubris succus ejus cum aqua majoranæ mixtus, & cavâ manu exceptus, naribus attrahitur in hæmicrania & catharris, inserviuntque radices pro suppositoriis sale & oleo fricatæ.

Beto-

Betonica, *betonie*, *betoine*, (folia & flores) calefaciunt & ſiccant, diſcutiunt, attenuant, aperiunt & extergunt. Cephalica eſt, hepatica, ſplenetica, thoracica, uterina diuretica, hydropica & epileptica: *radices* movent vomitum, compoſita ex illa ſunt conſerva ex floribus dos ℥ß ſyrupus dos ℥j. aqua dos lib. ß ſal dos ʒj. & emplaſtrum pro vulneribus capitis.

Betula, *bercken boom*, *bouilau*, *folia* calida & ſicca, attenuant, reſolvunt abſtergunt, hydragoga hinc non minima in hydrope & ſcabie intus & extus adhibita dos in decocto manup. j. *cortex* in ſuffitu ad aërem corrigendum, *fungus* adſtringit & ramenta ejus hæmorrhodibus inſperſa ad miraculum fluxum cohibent. *Succus* ex perforato caudice verno tempore collectus commendatur ad comminuendos calculos renum & veſicæ, maculas faciei abſtergendas, dos cum vino rhenano ad ℥j.

Bezetta rubra fit ex granis cochinillæ, venuſtam rubedinem genis virginum conſilians.

Bezoar lapis bezoar orientalis, reperitur in ventriculis caprarum perſicarum, valdè corroborat, ſudores provocat, alexipharmacus eſt, ideoque utilis in febribus malignis, peſte, venenis aſſum-

aſſumptis, epilepſia, lipothymia, ictero, palpitatione cordis, partu difficili, variolis & morbillis dos à g. 4. ad gr. 12.

Bezoar lapis bezoar occidentalis reperitur in ventriculis caprarum occidentalium: iiſdem viribus celebris eſt cum orientalibus cujus tamen bonitati non parum cedit daturque à gr. 6. ad 20.

Bezoardicum minerale magnum eſt alexiterium & ſaluberrimum medicamentum ſudores provocando præſtantiſſimos affectus præſtat in omnibus affectionibus venenatis & peſtilentialibus, dos à gr. 4. ad 8.

Bezoardicum minerale ſolare compoſitum, ſudores valdè ciet, confert in apoplexia, paralyſi, arthritide & tremore artuum dos à gr. 4. ad gr. 8.

Bezoardicum ſolare crollii laudatur in lue venerea, peſte, podaga, hydrope, febribus, & obſtructione lienis dos à gr. 4. ad 8.

Bezoardicum lunare viridiuſculum eſt ac utile ad eryſipelas & affectus capitis dos à gr. 6. ad gr. 12.

Biſtorta ſerpentaria, *herts-tonghe*, *biſtorte*, refrigerat & ſiccat in 3. adſtringit, alexipharmaca, diaphoretica, ſiſtit vomitum, abortum præcavet, diarrheam & dyſenteriam ſanat tam intro ſumpta quam

quam in enemate, *extra* ſiſtit omnem hemorrhargiam doſis in apozemate ad manup. ij. extractum à ℈j. ad ʒj.

Bitumen judaicum ad littora maris mortui concreſcit & condenſatur, ſed rariſſimum noſtratibus, idcirco piſſaſpalthos ejus loco in uſu eſt de quo vide.

Blitum convenit cum ſpinachia.

Bolbonacum, *penninck-kruydt*, *ſemen* caleſacit & ſiccat in 3. aperit, abſtergit, incidit, penetrat, urinam provocat, & menſes potenter movet dos in vino rhenano ad ʒß.

Bolus armena ſiccat & adſtringit, ſiſtit omnem fluxum, putredines arcet, venena obtundit, malignitatibus reſiſtit, dyſenteriam, diarrheam, fluxum hepaticum, uteri, & ſputum ſanguinis ſanat, ac omnem hæmorrhagiam ſiſtit dos à ℈ß ad ℈j.

Bombax, *cottoen*, *du-cotton*, *ſemen* calefacit & ſiccat, eſt pulmoniacum, valet ad tuſſim, aſthma, auget ſemen, *lanugo* uſta ad hæmorrhargiam dos in pulvere à ℈ß ad ℈ij. oleum ex ſemine ad ulcera capitis manantia, tineam, lentigines, & puſtulas faciei.

Bombyx, *zeye-worm*, *ver à ſoie*, textura corroborat, recreat cor, & ſpiritus, idcirco compoſitionem alkermes & diamoſchi ſubit.

Bonus

Bonus Henricus tota bona, *lams-oore*, *toute bonne*, abstergit, anodina, ad scabiem, cutis maculas & in cataplasmate in dolore podagrico.

Borrago, *bornagie*, *borrache*, calefacit & humectat in 1. cordialis est, ad affectus melancholicos, atram & adùstam bilem corrigit, sanguinem mundificat, hypochondriacis prodest, & spiritus recreat, hinc *Dodoneus*, illa ego borrago gaudia semper ago. Fit aqua, dos in julapio lib. 1. syrup. dos ℥j. conserva ex floribus ad ℥ß.

Borax Venetiis, vel Hamburgi præparata partum promovet, & mensium suppressionem accelerat dos à ℈ß ad ℈j. cum aqua cinnamomi.

Bos, *eenen osse*, *bœuf*, vacca, *een koeye*, *vache*, taurus, *eenen stier*, horum *cornua* epilepsiæ medentur cum vino generoso à ℈j. ad ℈ij. *fel* commendatur in hydrope & ascite dos gutt. 10. cum vino rhenano *splen* adhuc tepidus; & lienis regioni impositus, levamen adfert spleneticis, *sanguis* siccus intrinsecus singularem fert opem dysentericis, mensium fluxui, & aliis hæmorrhagiis. Dos à ℈j. ad ʒß *medulla* post cervinam & vitulinam proximum locum habet, podagricis prodest, trementia membra reficit & nervis induratis confert, *urina* aurium dolores lenit

lenit cum mirrha inſtillata. *Stercus vaccinum* ganglion curat calide impoſitum. *Aqua* ex illo deſtillata menſe Maio in calculo renum refrigerat, deſuper *ſtercus* ſiccat moderatè, diſcutit & dolores inſigniter mitigat, hinc cum ſucceſſu adhibetur inflammationibus, arthritidi, apum & veſparum morſibus.

Lac vaccinum bene nutrit, cum ſaccharo prodeſt phithiſicis, diarrheæ, dyſenteriæ, teneſmo eroſionique inteſtinorum ſuccurrit. *Butyrum Majale* calefacit moderate, emollit, digerit, lenit, reſolvit, dolores præcipuè artuum corio canino impoſitum. *Priapus tauri*, dyſentericis, prodeſt tritus & ad ℈j. exhibitus.

Botrys, *druyven-kruydt*, *pyment*, calefacit & ſiccat in 2. attenuat, & reſolvit, ad orthopnœam commendatur ex pituita viſcida ortam, item ad pulmonum vomicas ſit *ſyrupus* dos ℥j. *aqua* ejus deſtillata medetur doloribus poſt partum cum proprio ſyrupo exhibita dos ℥iiij. in condiendis magnatum cadaveribus locum habet, & ad tineas inter veſtimenta poſita pro ſecreto.

Branca urſina, calefacit, ſiccat, & emollit, unde in clyſteribus multum eſt in uſu & cataplaſmate.

Braſſica, *kool*, *du choux*. Sativa, capitata,

pitata, non capitata, crispa, &c. calefaciunt & siccant vulneraria sunt, ebrietâtem arcent, decoctum foliorum abstergendo & siccando consolidat omnia vulnera & ulcera, fit *syrupus* pro phthisicis dos ab ℥ß. ad ℥j. *loch de caule*, pro iisdem morbis dos à ʒj. ad ʒij.

Brionia, vitis alba, *witten wyngaerdt*, *coulurée*, calefacit, & siccat in 2. *radix* purgat valde serosos & pituitosos humores, splenetica, hepatica, & uterina est, obstructiones aperit, citat aquam hydropicorum per secessum, menses citat, fœtum expellit, asthmaticis & popagricis convenit dos à ℈j. ad ℈ij. fit *fæcula brioniæ* quæ uterina est, & menses ciens, sed non citra nauseam dos à ℈ß. ad ℈j. & unguentum agrippæ. Extrinsecus radix pulverisata & cum stercore columbino commixta contra omnia oedemata, partes scirrosas & mucilaginem inter juncturas contentam in vino generoso cocta.

Bromus, *ydel haver*, valde exciccat: decoctum hujus cum melle paratum ad spissitudinem sanat omnia ulcera *maligna inveterara narium linteis impositum.*

Bruscus vide Ruscus.

Bufo, *een padde*, *un crapaut*, animal est teterrimum & veneno plenum, attamen non effugit usum medicum, eum-

que

que tum internum tum externum : interne pulvis ejus hydropicorum aquas educit teste *Pætreo* & *Niero* desperatus quidam expertus est hydropicus qui præter spem attentatæ necis sanitatem illo acquisivit dos à ℈ß ad ℈j. *sal* elici potest, ex calcinatis bufonibus pulverique illi in hydrope substitui dos gr. 3. externè ingreditur amuleta aëri contagioso arcendo dicata, hemorrhargiam quoque narium sistit si pone aures applicetur, *oleum* laudatur in maculis faciei, morphæa, aliisque affectibus, seu ulceribus in veteratis abstergendis, ac in hydrope & tumoribus digerendis præstantissimum.

Bubalus, *buffel*, *un bufle*, cujus *cornua* & *ungulæ* medentur spasmo, si annulus exinde factus digitis gestetur, *stercus* in dolore ischiatico, *coagulum*. contra potum cicutæ, *urina* ad dolores articulares.

Buglossa, *buglos*, *buglosse*, vires easdem obtinet quas borago.

Buglossa sylvestris *vide* Echinum.

Bursa Pastoris, *teskens-kruydt*, *bourse de bergere*, refrigerat in 2. & siccat in 3. adstringit & constipat, absque ullo acri sapore, succo potius glutinoso abundans : valet ad sistendas hæmorrhargias, ex quacumque parte sanguis fluat, narium

rium, pulmonum, ani, uteri, hæmorrhoydum tam intus quam extra adhibita valde commendatur, particulariter tamen in dysenteria & diarrhea dos in apozem. à manup. j. ad ij. idem in clystere, extractum dos à ℈j. ad ʒj. Folia in aceto cocta fluxum uterinum desperatum illico sanant pubi applicata.

Buxus, *palm-boom*, *du buys*, apud *Dodeneum* improbatur, illum tamen laudat Quercetanus nempe *extractum* ex ligno compositum, insigne est sudoriferum, & specificum ad epilepsiam, vermes & putredines. Dos à gr. 1. ad gr. 2. *succus* buxi recenter expressus & ad ℥ß vel pulvis summitatum ad ʒj. cum aqua papaveris rhead & syrup. ejusdem introsumptus magno successu pleuriticos juvat. Decoctum ligni icterum sanat dos ℥iiij.

CA

CAdmia nativa cobaltum, caustica est & adeo erodit ut fossorum manus & pedes exulceret, adeoque inter venena recensetur.

Cadmia metalli expers vide lapis calaminaris.

Cadmia factitia desiccat, abstergit, ulceribus humidis & putrescentibus confert, eademque ad cicatricem ducit.

Cala-

Calaminta, *berghs-munte*, *calament*, calefacit & ſiccat in 3. aperit attenuat, diſcutit,& exterget ad affectus ſtomachi, uteri, pectoris, & hepatis, citat menſes, fœtum, & urinam, tuſſi medetur. Fit *aqua* cum vino deſtilata dos ℥j. *ſyrup.* dos ℥j. ß. *conſerva* dos ℥ß. *ſpecies* diacalamint dos à ℈j. ad ℈ij.

Calamus aromaticus vires habet acori ſed imbecilliores.

Calcatrippa, conſolida regalis, *ridderſporen*, *pied d'alovette*, temperatæ ſunt in calido & frigido. *Flores* ſubadſtringunt, vulnera conſolidant, partum facilitant in vino cocti. *Aqua* ſtillatitia ad ophthalmiam, *conſerva* ex floribus ad tormina ventris, & ardorem ſtomachi, dos ℥j.

Calendula, *gaut-bloeme*, *ſoucie*, calefacit, & ſiccat in 2. flores ſunt cordiales, hepatici, alexipharmaci aperiunt, diſcutiunt, citant menſes & parum movent ſudores, & ictero medentur. Fit *aqua* dos in julapio ad lib. 1. *ſyrupus* dos ℥j. *conſerva* dos ℥ß acetum præſervat, à peſte dos cochlear 1. cum fruſtulo panis.

Calx cujus lixivium ſtupendo cum effectu adhibetur in ulceribus venereis, antiquis, corrodentibus, exſiccat & ſaturando carne implet, reſiſtit gangrænæ,

&

& eam mirabiliter extinguit, curat ſcabiem, herpetem, ſerpigines, guttam roſaceam, & aphtas tollit, ac hydropem ſanat. De quo lege *aqua pendent.*

Camphora, *camfoort*, *du camfre*. Calefacit, reſiſtit putredini, ac venenis, undè frequens ejus uſus in peſte, & febribus malignis, ſuffocationi uterinæ ſubvenit, uteri fluxum album emendat, veneris ſtimulum arcet, extinguiturque in aqua meliſſæ ad ʒj. *uſus externus* eſt in epithematibus, repellit & facilè penetra ac per ſe in auram evaneſcit, fit *oleum* pro arthridite, gangræna, & odontalgia. *Eſſentia* optima ad præcavendam peſtem, ac in ſuffocatione matricis dos à gutt. 1. ad gutt. 3.

Cancer, *eenen kreft*, *greviſe*, refrigerat, humectat, dolorem ſedat, ferocientes ſpiritus figit, hinc uſus præcipui in æſtu, dolore capitis, ac renum. *Succus* exhibetur in phithiſi & atrophia dos ℥ iij. in gargariſmatè contra anginam: *oculi cancri* rèfrigerant, ſiccant, abſtergunt, diſcutiunt, calculum atterunt, & ſanguinem coagulatum reſolvunt, aſthma, pleuritudinem, & paſſionem colicam ſanant, *cinis* cancri combuſti valet contra hydrophobiam, cum radicibus gentianæ ana ad ʒß per 40. dies exhibitus. Fitque *Magiſterium* quod

pelit

pelit urinam & calculum dos ℈j. oleum pro vulneribus pectoris dos à gr. 4. ad 6.

Canis, *eenen hondt*, *un chien*, vivus catulus ventri impositus dolores colicos mitigat, & paralitica membra confortat, *caput* incineratum ulcera desiccat, rhagades & testiculorum tumores curat, *cerebrum* coctum & maniacis exhibitum intra triduum sanat, *axungia* abstergit & consolidat ulcera interna. Dos ad ℈ß *externè* dolores podagricos lenit, auditum difficilem reparat ac scabiem & prurutum corrigit. *Fel* catuli nigri recens ad guttas 4. cum aqua antepileptica exhibitum vel pulverisatum in epilepsia pro singulari arcano habetur. *Extrinsecè* maculas faciei abstergit: *stercus album græcum* siccat, abstergit, discutit, aperit, apostemata rumpit, & ulcerationes abstergit, dos ad ℈j. extrinsecæ medetur anginæ, tumores duros emollit, & aquam hydropicorum optimè trahit in cataplasmate. *Urina*, verrucas abigit, ulcera capitis manantia, furfuresque abstergit *pellis* nervos contractos emollit, & manuum pruritum tollit. Fit *balsamus* catullorum valens ad omnia membra contracta, ac dolores ischiaticos, & arthriticos compescit.

Cancamum gummi in emplastris optimum est spleneticum, & in suffumigiis emmenagogum egregium.

Cannabis, *kemp*, *chanure*, *semen* valet ad tussim, icterum, genitale semen imminuit, sed capiti nocet, dos in emulsione ad ℥ij. herba refrigerat & siccat, ambustis convenit, & aurium dolores sanat, *oleum* emollit, inflammationes arcet & spicula extrahit.

Cannabina *vide* Eupatorium.

Cantarides, *spaensche vlieghe*, *mouches d' Espaigne*, ex his fit infusio teste Bartholino contra gonorrheam virulentam, & omnimodam lotii surpressionem dos in infusione ad ℈j. in ℥iij. vini rhenani de qua collatura capiet singulis diebus cochlear 1. dos in pulvere cum fœlici successu dedi ad gr. 3. cum oleo amigdalarum dulcium, & illico reddiderunt lotium. Fiuntque ex his *vesicatoria*, & emplastra vulgò *epyspastica*, in plurimis affectibus, & doloribus à serosa colluvie ortis præstantissima ad revulsionem, ac derivationem.

Capra, *een geyt*, *une chevre*, hujus *cornu & pilis* utimur in suffumigiis pro hystericis & tempore pestis, *lac* caprinum nutrit, abstergit, febri hecticâ laborantibus & pthisicis, ac emaciatis convenit dos lib. 1. bis in die cum saccharo rosarum, *serum* incidit, attenuat, aperit, abstergit, hinc utile est in scorbuto, leucophlegmatia, & ictero nigro, *lapilli* in ven-

ventriculis & felle reperti movent sudorem dos in pulvere ad ℈j. *stercus* calefacit, siccat, abstergit, digerit, & aperit, hinc præcipuè in duris tumoribus lienis & aliarum partium, in parotidibus, ac bubonibus, ulceribusque desperatis consclidandis cum vino appositum *hædus* est pullus caprinus cujus *coagulum* in dysenteria est summum arcanum.

Capra alpina vel rupi capra, *een wilde geyt*, *une chevre des alpes*, hujus *sanguis* recens ad ℥j. haustus vertigini medetur, *sevum* phthisi, & pulmonum exulcerationi confert, dos ʒj. *jecur* puverisatum alvi fluxum sistit dos ℈ij. *lapis* in ventriculis masculorum repertus, sive *bezoar Germanicum* insignis est ad febres malignas, venena, & pestem. Dos à gr. 15. ad 20.

Capricerva Orientalis, è qua lapis Bezoar Orientalis oritur est animal Persiæ ac Indiæ orientalis.

Capricerva Occidentalis, è qua lapis Bezoar Occidentalis oritur, est animal peruanum Capricervæ Orientali simile, de quibus *vide* Bezoar.

Capsicum *spans-peper*, *pouvre de spaigne*, calefacit & siccat in 4. confortans ventriculum & flatulentiam attenuans insigniter aperit hepar & lienem, icterum sanat, & viscositates omnes incidit

cidit & attenuat, *folia* contuſa & dolori iſchiatico impoſita dolorem ſedant, item maculis faciei cum melle mixta & adhibita, medentur, cineres cum vino mixti firmant dentes adhibitæ.

Caltha paluſtris *dotter bloeme* calefacit in 2. abſtergit mucoſitates è renibus & dolores demulcet. Dos ad ℈ij.

Capreolus, *rhee*, *chever*, fœmina caprea *caro* in cibo convenit diarrheæ, & dyſenteriæ, *coagulum* in pulvere ad ℈j. idem præſtat, *jecur* hæmorrhargiam narium ſiſtit in pulvere inſufflatus, *fel* maculas faciei abſtergit illitum, oculorum nubeculas curat cum melle inditum, *ſtercus* in nodulo ligatum pro potu icterum ſanat dos ℥ß.

Capillus veneris *vide* Adiantum.

Capparis, *kappers*, *cappres*, calefacit in 2. & ſiccat in 3. diuretica, incidit, aperit, exterget, ad obſtructiones hepatis, lienis, affectûs hypochondriacos, & arthritidem, fiunt *trochiſci*, dos ʒj. *oleum*, pro linimento.

Caprifolium, lilium inter ſpinas, *memmekens-kruydt*, *chevre feüille*, calefacit & ſiccat, diureticum, ſpleneticum, ad aſthma, tuſſim, palpitationem cordis, oris ſiccitatem, partumque accelerat. Fit *aqua* ex floribus dos ℥ij. *externe* ad ulcera ſordida, vulnera cap itis & crani

eryſipelas, & impetigines.

Carabe, hoc eſt, rapiens paleas, *vide* Succinum.

Caranna gummi, calefacit & ſiccat in 3. convenit cum *tacamachaca*, ſed efficacior eſt, præcipuè in tumoribus, omniſque generis doloribus, juncturarum maximè, tumores inveteratos diſſolvit, defluxiones frigidas ſiſtit, nervorum dolores ſedat, vulnera recentia nervorum & juncturarum ſola ſanat, fit *emplaſtrum antipodagricum*. Et *oleum* ad idem.

Carbo petræ, *ſteen-kole oft hoillie*, *la houille*, fit oleum ad maturanda ulcera, emolliendoſque tumores aptiſſimum.

Cardamomum, grana paradiſi, *paradys-koren*, *grain de Paradis* (majus & minus) utrumque calefacit & ſiccat in 2. partes Principes recreat, attenuat, flatus diſcutit, confortat, coctionem juvat, caput, ventriculum, & uterum roborat. Fit *oleum* dos gutt. 5. *confectio* dos ℈j.

Cardiaca, *herte-geſpan*, *agripaune*, attenuat, diſcutit, ad diſtentionem hypochondriorum, & cardiam infantum, citat urinam & menſes, pectus à pituita deterget, & partum accelerat. In vino infuſa ad lib. ß. fit *aqua* dos lib. 1.

Carduus Benedictus, *Carduus Benedictus*, *chardon Benit*, *ſemen*, & herba, cardiaca, alexipharmaca, ac ſudorifera.

Cale-

Calefacit & ſiccat in 2. attenuat, aperit, diſcutit, veneno, & putredini reſiſtit, ad febres continuas, tertianas & quartanas, laudatur in ſurditate, & cephalalgia, *extra* ad gangrenam fit *pulvis* dos ʒj. *aqua* ex ſucco ad lib. I. *ſal fixum, & eſſentiale* ad ʒj. extractum ad ʒij.

Carduus Mariæ, *Onſe Lieve Vrouwe-diſtel; chardon de Notre Dame*, calefacit & ſiccat in 2. pectoralis, ſubadſtringit, incidit, aperit, pro pleuritide, ictero, & hydrope dos *ſeminis* ad ʒj. in decocto ad ℥j.

Carduus ſtellatus, *ſter-diſtel, chauſe trappe*, calefacit & ſiccat in 2. purificat ſanguinem, ad luem veneream, obſtructiones hepatis, febres quotidianas, tertianas, & quartanas. Dos in decocto ad m. 2.

Carlina, *ever-wortel, carline*, carduus pacis, *radix* calefacit & ſiccat in 3. alexipharmaca ſudorifera, diuretica, emmenagoga, necat tineas ventris, venenis reſiſtit, menſes promovet, jecoris & lineis obſtructiones aperit, dos in pulvere ad ℈ij.

Carneolus lapis, vel ſardius ſanguinem undecumque fluentem ſiſtit partumque conſervat. Dos ℈j.

Carpio, *karper, carpe*, *lapillus* hujus triangularis in pleuriride & calculo re-

num mirabilia præſtat. Dos ℈j. *externè* in narium hæmorrhargia pulveriſatus, illam ſiſtit. *Axungia* nervorum affectibus calidis auxilio eſt. *Fel* oculorum nubeculis ſubvenit. *Lapilli duo* ſupra oculos exiſtentes, ad apoplexiam, epilepſiam, & ſanguinis fluxum ſiſtendum, valdè commendantur. Dos ℈j.

Carpobalſamum fructus balſami arboris non ſunt in uſu niſi in *theriaca*, *mithridatio &c.*

Carthamus, *wilden ſaffraen*, *ſaffran ſuuvage*, *ſemen* calefacit & ſiccat, in 1. pituitam viſcoſam, craſſam, ac lentam, per ſeceſſum & vomitum purgat, confert pectori, ſed ſtomacho adverſatur. Corrigitur *ſemine aniſi* & zinziberè. Dos in ſubſtantia ad ʒj. ſed raro fit *ſyrupus* dos ℥ij. *ſpecies* dos ʒj. *electuarium*. Dos ʒvj.

Carum, carvi, *caruwe*, *caroe*, calefacit & ſiccat in 3. diſcutit, attenuat, confortat ſtomachum, diureticum, lac auget, in colica, vertigine, & melancholia, mira præſtat. Dos in decocto ad manup. 1. *ſemen* ad ℥j. ſit *ſpiritus*, dos ℥j. *oleum* ad gutt. 10. *aqua* ad lib. ß.

Caryophyllus Hortenſis, *genoffel*, *oëilliet*, calefacit & ſiccat in 1. ad cephalalgiam, cardialgiam, vertiginem, apoplexiam, epilepſiam, ſyncopen, palpitatio-

tationem cordis, & partum difficilem. Fit *coſerva* doſ. ℥j. *ſyrupus*, doſ ℥ij. *aqua* cum vino deſtillata ad cochlear 1. ſæpius de die. *Spiritus* ad ℈j. *tabacum* pro libitu.

Caryophylli Aromatici, *groſſel-nagels*, *cloux de giroffle*, calefaciunt & ſiccant in 3. cardiaci, cephalici, ſtomachici, ad lipothymiam, vertiginem, odontalgiam, cruditates ventriculi, morbos malignos, & uteri. Fit *oleum* dos ad gutt. 6. *Aqua* ad ℥j. *eſſentia* ad ℥ſs. *balſamus* tempore peſtis pro odorifero.

Caryophillata, calefacit & ſiccat in 2. radix alexipharmaca eſt, ſanguinem coagulatum ſolvit, roborat, diſcutit, cephalica, cardiaca, catarrhos ſiccat. Dos in pulvere ad ʒj.

Caſſia fiſtula *caſſie*, *la caſſe*, temperata hujus *medulla* alvum clementer lenit, & fæces ſine torminibus expurgat, pleuriticis, gonorrhæa, ac lue venerea infectis, convenit, in renum ac veſicæ affectibus utilis. Dos in bolo, vel in ſucco citri diſſoluta ad ℥j. & ℥ij.

Caſſia lignea, eſt ſpecies cinnamomi.

Caſtanea, *caſtanien-boom*, *chaſtaignie*, *membrana rubra* ſiſtit immodicos alvi fluxus, ad fluorem muliebrem album, in vino auſtero ſumpta. Dos in pulvere ad ʒj.

Castor, *eenen bever*, *un bivre*, hujus *testiculi* qui *Castorium* vocantur : calefaciunt in 3.& siccant in 2.attenuant,aperiunt,flatus discutiunt,nervos,patresque nervosas roborant, spiritus torpidos excitant ,venenis resistunt, sternutationem causant, menses promovent, valent in lethargo, apoplexia, epilepsia, paralysi, vertigine, tremore, strangulatu uteri, dolore colico, convulsionibus & spasmo, spinæ dorsi inunctum, medentem non deserunt, opii virulentiam corrigunt,dos ad ℈ß. fit *extract*.dos ad gr. 6. *essentia* dos ,ad ʒij. *oleum* dos ad gutt. 5.

Cataputia, *springh-kruydt*, *espuge*, calefacit & siccat in 3. rarissimè in usu, *semen* cum violentia purgat per vomitum & secessum dos ad gr. 5.

Cataputia major, *vide* Riccinus.

Catus domesticus, *een katte*, *un chat*, *axungia* calefacit, emollit, discutit, articulorum affectibus prodest, *sanguis* ex venula sub cauda aperta, malum caducum sanat dos gutt. iij. *Pellis* gestatur ad calefaciendum ventriculum, articulosque contractos.

Catus Zibethinus, *muscus-katte*, *une civette*, Zibethum, civetta, Zibetta, quod est ejus excrementnm (*seu sudor*) inter testiculos concretum. Calefacit & humectat, usus crebri in dolore colico umbli-

umbilico inunctum, ſtrangulationem uteri tollit pudendo applicatum.

Caucalis calefacit & ſiccat in 2. exciccat, aperit, abſtergit, incidit & attenuat ad calculum renum & veſicæ, ad obſtructiones hepatis, lienis & uteri dos in pulvere ad ℥j.cum vino rhenano. *Decoctum* movet ſudorem ſanat febres intermittentes, ſcabiem, & luem veneream dos eſt ad lib. 1. calide manè.

Centaurium minus, febrifuga, fel terræ, *ſanctorie*, *petitte centaur*, calefacit in 3. & ſiccat in 2. ſubadſtringit, exterget ſpleneticum eſt & hepaticum, amarum eſt citra mordacitatem, vulnerarium, aperit, bilem, flegma, & ſerum leniſſimè educit, utile in febribus undè & nomen habet, valet in ictero, aſcite, menſtruis ſupreſſis, ſcorbuto, arthritide, & lumbricis dos in *pulvere* ad ℥j. Fit *extractum*, dos ℈iiij. *Sal* ℈ij.

Cepa, *ajuyn*, *oignon*, calefacit in 4. & ſiccat in 3. aperit, Incidit, abſtergit; ad tartarum pulmonum, citat urinam, menſes, lumbricos. *Extrinſecus* maturat & rumpit apoſtemata (cocta impoſita) etiam maligna & peſtifera.

Cera, *waſch*, *de la cire* hujus *propolis ongepeynt waſch*, *de la cire crudé*, calefacit, abſtergit, attrahit, aculeos extrahit, anodina eſt, ac ulcera deſperata

 curat,

curat, & adeo usitata officinis est, ut vix *emplastrum* reperies, cujus non exhibeat consistentiam. Fit *oleum*, diureticum, dos ad gutt. 5. *balsamus*, vulnerarius, & consolidans est. *Magisterium* est Eximium contra dysenteriam, &c. dos ℥j.

Cerasa, *kriecken*, *cerises*, refrigerant in 2. & siccant in 1. *acida* adstringunt, stomachum, & cor roborant, sitim, æstum, ac febres mitigant, horum *decoctum* commendatur in affectu hypochondriaco dos ℥iij. fit *conditum* dos ℥ß *rob*. ad ʒiij. *syrup*. ℥j. *tinctura* cochlear 1. *dulcia* cephalica, ad apoplexiam, epilepsiam, paralysim, &c. proficua censentur. Fit *aqua* dos ℥v. *Nuclei* calculum comminuunt dos ʒj.

Cerinte *vide* Doronicum.

Cervus, *eenen hert*, *un cerf*, *fœmina* cerva, *een hinde*, *hinnilus* est juvenis. *Cornu* crudum resistit putredini, malignitatem corrigit, sudorem provocat, balsamum humanum conservat, usus proficuus in variolis, morbillis, febribus putridis & malignis, aliisque morbis ubi sudore opus est. Fit *cornu cervi ustum*, quod putredini resistit, fluxus alvi sedat, vermes necat, sudores ciet, Medicinaque est infantibus familiarissima dos ʒj. *Philosophicè calcinnatum* sudores ciet, & morbis

morbis malignis confert dos ℨij. *gelatina* ſingulis horis pro libitu, *ſal volatile* dos ℈ß. *ſpiritus, oleum*, *tinctura* ad ℈j. *priapus*, diureticum eſt medicamentum pleuriticis, dyſentericis, colicoque dolore correptis auxiliatur, *ſanguis inaſſatus ſartagine*, diſſenterias, & cæliacorum profluvia ſiſtit dos in pulvere ad ℨj. *os cordis* peculiariter cordi convenit, idque à malignitate tuetur, partum cuſtodit, & pregnantibus mire conducit. Dos ℈j. *lachrymæ* ſeu ſordes quæ in oculorum angulis reperiuntur (*vulgò lapis dicitur*) ſiccant, abſtringunt, corroborant, ſudorem cient, adverſus venena morboſque contagioſos quàm ſummè celebrantur, ut vel cum lapide bezoar viribus certare dicantur, mortuumque fœtum expellit, & partum facilitat dos ad gr. 4. *medulla* dolores podagricos lenit in emplaſtro. *Sevum* tumores emollit, perniones ſanat & dolores ſedat. *Cauda* eſt venenata.

Ceruſa, *vide* plumbum.

Ceterach, *vide* ſcolopendrium.

Cetus & manati. *Cete, wal-vis, balene*, hujus *axuugia* medetur ſcabiei *illita*. *Priatus* pro ſummo arcano habetur in ſiſtenda dyſenteria, dos ad ℈j. manati, id eſt, *dens* vaccæ marinæ, ſummè commendatur ad calculos renum & veſicæ communiendos, dolores nephriti-

cos, ác colicos ſedandos. Dos ad ℥j.

Cerefolium, vel chære folium, *kervel, du cerfeuil*, folia & ſemen calefacit & ſiccat in 2. diſcutit, diureticum, emmenagogon ac lithontripticon, ſanguinem coagulatum reſolvit, ad pleuritidem, ſomnum conciliat, citat urinam, calculum,& menſes. Fit *ſuccus* dos ℥iiij. *aqua* lib.ß. *Extrinſecus* in cataplaſmate, inſigne eſt in dolore colico, & urina retenta, *ſemen* in pulvere dos ad ʒj. in decoct. ad ʒij.

Cervicaria, *hals-kruydt*, *raiponce*, adſtringit, ad inflammationem oris & faucium, dos in gargariſmate ad manup. 1.

Chalcitis miſiti & ſorii mineralia ſunt, inter ſe origine & viribus conjuncta, *vires* adurunt & eſcharas efficiunt, attamen nonnihil adſtringunt, *chalcitis uſta* compoſitionem *theriacæ* ingreditur fitque *emplaſtrum* diachalciteos.

Chamædris, *camedris*,*camedre*,calefacit & ſiccat in 2. incidit, attenuat, aperit, eſt epatica, ſplenetica, citat urinam, ſudorem, menſes, ad febres, ſcorbutum ſanguinem coagulatum, hydropem incipientem, & arthritidem. *Extrinſecus* ad ulcera ſerpentina, ſcabiem ac pruritum. In aqua cocta. Fit *aqua* dos lib ß. *ſal* dos ℈j. *extract.* ℈ij.

Chameleagnus, Myrthus Brabantica, *gagel,*

gagel, *piment*, cito inebriat, valet ad ſcabiem, & convenit cum *thée*.

Chamæpytis, *velt-cypres*, *ive artetique*, arthritica iva, &c. calefacit in 2. & ſiccat in 3. incidit, aperit, nervos roborat, diuretica, emmenagoga, & confert in arthriticis doloribus. Fit *aqua* dos ℥iij. *ſal* dos ℈ij. *pillulæ* de iva arthretica dos ℈j.

Chamomilla, Leuchantemium, *camille*, *camomille*, Chamomilla Romana, *roomſchen camille*, *camomille romain*. Calefaciunt & ſiccant in 1. digerunt, laxant, emolliunt, dolorem mitigant, menſes & urinam provocant, melancholiam ſanant *extrinſecus* in emollientibus, & maturantibus cataplaſmatis, ac clyſteribus in uſu dos manip. 2. Fit *aqua Chamomille Romanæ*, *cum vino* dos ℥iij. *oleum* ad ℈ß.

Chamelæa, mezereum, laureola, *miſere-boom*, vis ejus eſt ignea, acerrima, exulcerans, mordens, febres accendens, cordis Principumque partes exolvens, *corrigitur* macerando 24. horis in aceto: ut elleborus ac eſula, dos ad gr. x. ſed ob malignitatem rariſſimè in uſu.

Chelidonium majus, hirundinaria, *ſtinckende-gauwe*, *eſclere*, calefacit & ſiccat in 3. abſtergit, attenuat, ducit bilem, & urinam, viſum acuit, valet ad

icterum, obstructiones lienis, hepatis; & uteri. Dos in decoct. ad manup. ß. *Radix* alexipharmaca est. Dos in pulvere ad ʒj. *Succus* ad visum imbecillem, fit *extractum* contra febres intermittentes, dos ad ʒj.

Cheyri, keyri, leucoium, *nagele-violieren*, flores cordiales sunt, calefaciunt & siccant in 2. attenuant, discutiunt, dolores mitigant, menses cient, & secundinam proritant. Fit *conserva* ex floribus, dos ℥j. *aqua* eum vino distillata dos coclear. j.

China radix cina. Calefacit & siccat in 2. discutit, sub adstringit aperit, diaphoretica epatica, ad arthritidem, paralysim, hydropem, luem veneream, cachexiam, cephaleam, icterum, in tumoribus scirrhosis, & ædematosis, dolore viscerum, testium tumoribus, tremore, strumis & catharris. Dos in decocto ad ℥j. & iij. Fit extractum dos ʒj.

China Chinæ, calida est & sicca vim habens aperiendi, discutiendi, attenuandi, resolvendi, putredinem arcendi, & roborandi. Usus est in debellandis febribus intermittentibus dos ad ʒij. in vino generoso macerata, in *pulvere* ad ʒj. tribus horis aute paroxysmum.

Chocolate, succolata Fructus ex quo conficitur dicitur *cacao* quod nomen etiam

etiam arbor retinet. Pro ſummo confortativo manè in vino generoſo uſurpatur, ventriculo frigido confert, pro tuſſi, pectore, vertigine & empiemate laudatur, quin & commendatur ſummè ad roborandum vitæ balſamum, veneremque proritandam, dos ad ℥j.

Chryſanthemum, vide arnica.

Chryſolithos idem ſonat quod lapis aureus (*veterum*) *topaſius*, melancholiam minuit, & intellectum confortat, de quo vide Smaragdum, & Sapphirum.

Cicer, *vitſen*, *cices*, calefacit & ſiccat in 1. emollit, abſtergit, diſcutit, lenit, citat urinam, calculum & conducit in dolore nephritico, ingreditur ſyrupum de althææ fernelii, Fit farina in cataplaſmate.

Cichorium, cichorea, intybus, *cichoreye*, *cichorée*. Refrigerat & ſiccat in 2. aperit, attenuat, extergit, diureticum, hepaticum, & præcipuè in obſtructione & febribus. *Conſerva* ex floribus dos ℥j. *radix* condita ad ℥j. *ſyrupus* de cichor. ſimplici in julapio ad dos ℥ij. de cichor cum rheo ad ℥iij. *aqua* lib. 1. *ſal.* pro lapide medicamentoſo Crollii.

Ciconia, *èenen oyvaer*, *oft oper-vaer*, *cigoigne*, vim habet alexipharmacam inſignem. Adeo ut contra omnis generis venena & in primis contra peſtem præſtan-

ſtantiſſima cenſeatur, *comeſta* vel *cinis* ejus ad ℥j. introſumptus. Fit *aqua* comitialibus morbis prodeſt dos ℥j. *ſtercus* epilepticis juvamen affert cum propria aqua dos. g. 5. *ventriculus* exiccatus ac pulveriſatus pro maximo ſecreto habetur in venenis dos. ℈j. *axungia* podagricis, & tremulis articulis utiliter illinitur. *Fel.* ad oculorum vitia commendatur.

Cicuta, *dullen kervel*, *oft ſcheerlinck*, *cigue*, meritò inter venena refertur, ejus *ſucco* in publicis judiciis ad mortem utentes Philoſophorum hoſtes *Athenienſes*, ut ſuo damno *Socrates* teſtari poteſt, quem ſua morte ad cicutam hauriendam compulerunt. *Autidotum* eſt vinum Hiſpanicum in abundantia. Aliàs externus hujus uſus non eſt rejiciendus in ſcirrho lienis, *ſuccus*, lac in puerperarum mammis ſupprimit, inflammationibus adhibetur, fit *Emplaſtrum* de ſucco cicutæ aperiens, roborans & emolliens.

Cicutaria idem facit.

Cimex *een want-luys oft wal-luys*, *de leuvries*, cimices fætore abominabiles, utuntur vivis in penis organum immiſſis ad ciendam urinam, ad fœtum & ſecundinas expellendas triti & exhibiti notabilis ſunt effectus in vino hauſti

doſ.

dos. num. iij. *nota*, *succus* hyocyami lectisternis inunctus eos necat.

Cinera, *herticbocken*, calida & sicca in 2. valde provocant urinam, contra stranguriam, dysuriam, hydropem & præcipuè contra genorrheam stimulat venerem, abundantiam seminis.

Cinnamomum, *kanneel*, *canelle*. Dicitur quasi Chinæ amomum, cinamomum, &c. calefacit & siccat in 2. aperit, discutit, menses & partum accelerat, summum est confortativum cordis & cerebri spiritus recreat, coctionem promovet, usus est in summa virium diminutione, animi deliquis, &c. alexipharmaca est, unde theriacam, midridatium, confectionem alkermes ingreditur. Fit *confectio* dos ʒj. *aqua* ℥j. *elixir* ℈ß. *oleum* ad ℈j. sed ditissimis tantum.

Cinnabaris, *vermiloen*, *vermillon*, usus *intrinsecus*, est nullus. *Extrinsecus* pro sananda lue venerea, ac scabie in suffimentis.

Citrus, *citroen-boom*, *citronies*. Malus medica. *Caro* frigida & humida in 1. *cortex* & semen, calefacit & siccat in 2. malum citrinum cum cortice & carne alexipharmacum est cujuslibet veneni; resistit putredini, morbisque malignis, lumbricos fugat, fit *syrupus* de succo dos in julapio ad ℥j. *Syrupus* ex corticibus

bus dof. ℥ij. *agredi cedro* ex Italia egregia ad æstum febrilem dos. in julapio ad ℥j.

Citrillus, *citrullen*, *citrulle*, *semen* unum ex 4. frigidis, humectat & refrigerat in 2. abstergit aperit, diureticum, ad renes, & vesicam, bilis ac sanguinis æstum compescit, parantuque ex illis emulsiones dof. lib. ß.

Clinopodium calefacit & siccat in 2. aperit, digerit, resolvit, unde ejus *decoctum* cum vino, convenit in mensium suppressione, specificum est in melancholia & omnibus aliis deliriis dosis, mane, à meridie & vesperi ad lib. ß.

Cnicus, *vide* Carthamus.

Cobaltum, *vide* Cadmia.

Cocculæ, cocci orientales bacce piscatoriæ, *Coculus uyt Indien*, *coques de Levant*, valent contra podagram, cum myrrha in cataplasmate, & ad necandos pediculos cum oleo aut pinguedine mistæ, ad pisces capiendos etiam in usum trahuntur, unde & piscatoriæ baccæ dicuntur.

Cochlea *een slecken-huys*, *coquille de limasson*, refrigerat, consolidat, lenit, nervis convenit, ac pulmonibus ; hinc usus præcipui internè ad tussim, phthisim, screationem sanguinolentam, aliosque pulmonum affectus, externè hydropi-

dropicorum ventrem, & hydrocelem herniosorum cum testis tritæ detumescere faciunt impositæ, maturant & rumpunt bubones, ulcera sanant, hæmorrhargiam cohibent fit *decoctum* dos. lib. ß. *aqua* dos. ℥iij. *cinis cochlearum*. Exsiccat, cutis rimas ac scabritiem sanat *liquor limacum* rubr. concis. macerantur cum pari pondere salis communis in manica hippoc. ut in cella defluant in liquorem, quo dolentes partes podagricæ illiniuntur, ani procidentiam tollunt, verrucæ scalpello prius abrasæ facilè extirpantur.

Cochlearia, *lepel-kruydt*, *herbe au cuilliers*, calefacit & siccat in 2. aperit, splenetica diaphoretica, ad putredinem, malum hypochondriorum, paralysim, ac præcipuè in scorbuto in cujus medicatione celeberrima existit. In gargarismis ad putredinem gingivarum. Fit *conserva* dos. ℥j. *aqua* lib. ß *syrupus* ℥j. *extractum* ʒj. *sal. volatile* ad ℈j. *spiritus* ad ʒj.

Coffi, fit ex fabis *bon* torrefactis & assatis ex quibus nigram tincturam per aquam ferventissimam extractam, pauxillo sacchari edulcoratam ealidam sorbillando bibunt. Viscerum obstructiones tollit, menses citat stomacho summopere conducit, concoctionem juvat, tumo-

tumores hepatis lienisque frigidos solvit, obstructiones uteri aufert, pro catharris, ac destillationibus pectus occupantibus, ebullitione sanguinis, & debilitate virium. Valet contra hydropem, scabiem, & herpetem, causat appetitum, ad asthma, &c. dos. ℥ß.

Colchicum, *vide* Hermodactylus.

Colocynthis, *koloquint-appel*, *coloquinte*, calefacit & siccat in 3. pituitam crassam ac viscosam ex remotioribus partibus expurgat, ut ex cerebro, nervis, juncturis, pulmonibus, unde convenit vertiginosis, hemicranicis, epilepticis, apoplecticis, scabie, lueque venerea afflictis. Verum rarissimè in substantia exhibetur ob vehementiam ac amarorem & non nisi robustis. Corrigentia sunt cuminum, tragacantha-mastiche, bdellium *fiunt trochisci* alhandal pro mensibus retentis. Dos gr. 12. *extractum* ex trochiscis cum vino malvatico dos ℈j. purgat per alvum absque periculo omnes humores viscosos.

Colophonia, calefacit, siccat, emollit & glutinat, usus est in emplastris.

Colubrinum lignum, *slanghen-hout*, *bois de couleuvre*. Calefacit, & siccat, morsibus & ictibus serpentum aliisque venenis resistit ejus decoctum vel infusum. Corpus expurgat, non nunquam etiam

etiam per vomitum. Unde usus præcipuus est in febribus intermittentibus, lumbricos, tineas, ascarides, necat & fugat dos decocti ad ℥j. *extractum* ad ℈j.

Columba, *een duyve*, *pingeon*. *Viva*, pet medium dissecta, capitique imposita feroces humores mitigat, melancholicam tristitiam sedat, hinc conveniens est in phrenitide, cephalalgia, & podragra. *Sanguis tepens* sub alis extractus oculis instillatus, dolorem, lippitudinem, suffusiones, sanguinemque discutit, peculiariter sanguinem è membranis cerebri erumpentem cohibet. *Tunica ventriculi* exsiccata & pulverisata commendatur in dysenteria dos ℈j. *fimus* vehementer excalefacit, urit, discutit, in cataplasmate impositus, valet ad arthritidem, vertiginem, hemicraniam, dolores colicos, affectus apoplecticos, & lethargum, *internè* calculum atterit, & urinam pellit dos ad ℈ij.

Colutea vel senna sylvestris fol. calida & sicca in 2. valde movent vomitum & secessum, conturbant corpus sic ut malè pro foliis sennæ usurpentur.

Concha, *mosselen*, *coquille*, *mour moulet*. Inter aqeatilia nullum animal esse perhibetur, quod majori desiderio teneatur, vescendi carne humanâ quàm hoc

hoc ipſum. Hujus *teſtæ* inter alia marina admirandæ ſunt virtutis diaphoreticæ & cordialis, unde in omnibus febribus cum notabili effectu adhibentur. Dos in pulvere vel calcinatæ ad ℈iiij. fit *antifebrile crollii*, pro intermittentibus dos ʒj. largiter ciet ſudorem.

Conſolida major *vide* Symphytum.

Conſolida media, bugula, *ſenegroen, buglu*, refrigerat & ſiccat in 2. ad icterum, obſtructiones hepatis, urinam retentam, herniam, dos in apozemate ad manup. 2. in gargariſmate ad anginam. Externè ad ulcera pudendorum venerea commendatur.

Conſolida minor *vide* bellis hortenſis.

Contrayerva, radix yerva, calefacit & ſiccat in 2. ſudorifera, alexipharmaca, præſtantiſſimum eſt remedium adverſus omne venenum, cujuſcumque ſit generis, vomitione id rejiciens, aut per ſudores evacuans, excepto *ſublimato*. Vermes interficit, felix eſt ejus uſus in peſte, & morbillis nigris, cor & ſpiritus recreat, melancholiam ſanat, hæc *radix* melior eſt quam theriaca, vel bezoar. vel unicornu in ſuo effectu dos in pulvere ad ʒj. fit *tinctura bezoardica D. Michaëlis* doſ. ℈j. *pulvis Comitiſſe de Kent* doſ. ʒß. &c.

Convolvolus, *Winde*, extra uſum.

Conyſa

Conyſa alium uſum non habet niſi pro fugandis pulicibus.

Corallina, *zee-moſt*, refrigerat & ſiccat adſtringit, incraſſat; lumbricos enecat & expellit, doſ. ad ℈ij. fit *Magiſterium* doſ. ℈j.

Corallum, *korrael*, *coreaux*, aliud eſt rubrum quod optimum, album quod ſequitur, viride & nigrum extra uſum. *Utrumque* adſtringit, refrigerat & ſiccat, cor, jecur, & ſtomachum roborat, ſanguinem purificat, peſti, venenis, febribuſque malignis adverſatur, hominem exhillarat, quoſcumque alvi fluxus ſiſtit, uteri, penis, ac gonorrheæ fluorem nimium corrigit doſ. in pulvere ad ʒj. *ſal* doſ. à gr. 6. à gr. 20. *eſſentia* doſ. à gutt. 6. ad 15. *Tinctura corallorum Hartmanni*, tantarum eſt virium, ut poſt ejus uſum aliquoties repetitum, impoſſibile ſit ullam impuritatem in ſanguine totius corporis ſuperſtitem eſſe poſſet, teſte *Grollio* doſ. à gutt. 5. ad 10. *oleum corollorum ſuccinatum* pro epilepſia & apoplexia doſ. à gutt. 4. ad 8. *ſyrupus* laudatur valdè in dyſenteria, diarrhæa & fluxu hepatico dos, cochlear; manè & veſperi.

Coriandrum, *coleander*, *coriandre*. Calefacit & ſiccat in 2. ſtomachum confortat, & celeberrimum ad ejus laxitatem, poſt cibum aſſumptum, exhala-

tiones

tiones enim ſupprimit, quo minus caput gravent ructuſque producant.

Cornix, *een kraye*, *oft cauwe*, *corneille*, hujus *ſtercus* in vino auſtero potum dyſenteriam ſanare tradit kyranides doſ. gr. 5.

Cornus, *cornoelen-boom*, *cornoillier*, fructus pulveriſati in diarrhæa, & dyſenreriâ præcipuæ commendantur, præmiſſis præmittendis refrigerant & ſiccant doſ. in pulvere ad ʒj. fit *conditum* & *rob*. Ad idem doſ. ℥j.

Corylus, avellana, *haſelaer*, *noiſettes*, *Nuclei* venenis reſiſtunt venenoſorumque animalium ictibus (cum ruta & ficubus impoſiti) ex mulſo hauſti veteri tuſſi medentur, & urinæ ardorem mitigant, ſed per ſe difficiles ſunt digeſtionis, nec doſim habent, cum noceant comeſti. *Putamen*, crudum pulveriſatum adſtringit, ac proin ſiſtit diarrhæam, albaque fœminarum profluvia doſ. ʒj. *gummi* inter anti-epileptica refertur, *oleum* vim habet calefacientem, incidentem, anodynam, ac præcipuè odontalgicam.

Coronopus *herts-horen*, *corne de cerf*, refrigerat & ſiccat adſtringit & convenit cum plantagine.

Corvus, *een Rave*, *un corbeau*, *pulli* incinerati ſanant comitialem morbum, doſ.

dos. ℥j. singulis diebus *pinguedo* & *sanguis* capillos reddit nigros.

Costus calefacit & siccat in 3. attenuat, aperit, discutit, stomachicus, epaticus, uterinus, nephriticus. Pro colica, mensibus obstructis urina retenta, hydrope, & paralysi. Dos. in pulvere ad ℈j. fit *species coryocostina*. Dos. ℥j. electuarium caryocostinum dos. ℥vj. expurgant corpus & aptissima sunt prædictis morbis præcipuè in podagra. *Oleum* costinum febrilem rigorem spinæ inunctum mitigat.

Coturnux, *een Quackel*, *un Quail*, comesta noxia dicitur spasmo obnoxiis, *pinguedo* oculis prodest maculas abstergendo. *Excrementa*, helleboro vescentium singulariter confert dos. lib. ℈j.

Cotula fœtida, *stinckende Camille*, *camomille puante*, calida & sicca in 2. decoctum hujus purgat omnes humores serosos, adustos, salsos & melancholicos per secessum dos. lib. ß.

Cotyledon, *vide* Fabaria.

Crap, *vide* rubia Tinctorum.

Crassula, *vide* Fabaria.

Crepitus lupi, *ronde campernoillie*, *oft wolfs-vest*, *vesse de loup*, fungus chirurgorum pulverulentus. Adstringit, siccat, ad hæmorrhargiam omnem applicatur extrinsecè, intus autem nocet.

Creta,

Creta, *kreyt*, *de la croye*, usus ejus *internus* valet in ardore stomachi, & ad lumbricos ad ℈ij. *Externus* in vulneribus, ulceribus,&c. siccandis ob ejus vim siccantem abstersivam & emplasticam commendatur.

Crista galli hactenus est inusitata.

Crocus, *saffraen*, *saffran*, Indicus *curcuma* calefacit & siccat in 2. aperit, digerit, emollit cordialis est, pulmoniacus, à nonnullis *Rex vegetabilium*, imo *panacea vegetabilis* insignitur & *anima pulmonum* dicitur, ad melancholiam, vertiginem, phrenitidem, catharros, &c. notabilis est energiæ ac virtutis. Hystericus est, stomachicus, & si quod anodynum, certè *crocus* est. Usus ejus frequens est in syncope, hystericis affectibus, stomachi debilitate, ictero, peste, asthmate, & mensibus retentis. Dos. ℈j. fit *species diacurcuma* ℈ij. *tinctura* seu *essentia* singulariter pro prædictis & dysenteria.Dos. ad ℈ß.*extract*. ℈ß dos.gr. 8. *electuarium de ovo* Maximiliani Imperatoris,*electuarium de ovo* Quercetani, pro peste & omnibus febribus malignis dos. ℈j. *emplastrum oxycroceum*.Pro magnitudine partis affectæ.

Crystallus, crystallum, *crystael*, *cristal*, adstringit, ideoque confert diarrheæ,dysenteriæ,cæliacæ, choleræ,fluxui

uteri-

uterino, præbet lactis abundantiam, dos in pulvere ad ℈ij. cum oleo amigdalarum dulcium.

Cubebæ, quabebe, *cubeben*, calefaciunt in 2. & ſiccant in 3. attenuant, diſcutiunt, roborant viſcera & caput, rarus eſt uſus niſi in compoſitionibus.

Cucumer aſininus, *vide* Elaterium.

Cucumer, is, vulgaris *konkommer*, *concombre*, ſolùm ſemen in uſu eſt, ex numero ſeminum 4. frigidorum majorum ex quibus emulſiones pro pleuriticis, peripneumoniacis, phthiſicis, phreniticis, nephriticis, hecticis, &c. conficiuntur. Doſ. ℥j. *fructus* inſani ſunt, ſed *juvenes* condiuntur pipere, aceto, & ſale. Pro appetitu.

Cuculus, *eenen keoeckoeck*, *un coucu*, uſtus & pulveriſatus valet ad calculum, ad dolorem & humiditatem ventriculi, ad febricitantes tempore paroxiſmi, medetur epilepticis doſ. ʒj. *fimus* morſum canis rabidi curat in aqua card. benedict. doſ. ℈j.

Cucurbita, *kouwoerden*, *courge*, *ſemen*, recenſetur in numero ſeminum 4. frigid. major. convenitque cum cucumere viribus & doſi. *Folia* mammis adhibita lac minuunt. *Aqua* ex fructu *intrinſecus* mirabiliter æſtum corporis mitigat doſ. lib. ß. *extrinſecus* fert opem omnibus in-

flammationibus, oculorum, aurium, & podagricis.

Cuminum, *comyn*, *comin*, *semen*, calefacit & siccat in 3. attenuat, digerit, resolvit, ad flatus, colicam, vertiginem. Fit *species diacumini* dos. ℈ij. *oleum* dos. ℈ß. *contusum* & cum stercore vaccino dolori ischiatico applicatum illico illum aufert.

Cuniculus, *een konyn*, *lapin*, totus exustus, medetur anginæ, cum *butyro* illius: *Axungia* articulis & nervis induratis utilis. Cerebrum venenis resistit dos. ʒij. tostum.

Cupressus arbor, *cypres-boom*, *cipres lignum* refrigerat siccat & adstringit, dos. in pulvere ad ℈ij. *fructus* & *folia* calefaciunt in 1. & siccant in 3. adstringunt valide in hæmoptysi, diarrhæa, dysenteria, commendantur in mictione involuntaria, ut & in herniis curandis intus & extus adhibetur dos. in apozemate ad ℥j.

Cupressus herba, chamæcy parissus, abrotanum fœmina, *averoon-wyfken*, *cypres*, convenit cum *abrotano*. In obstructionibus epatis, renum, curat icterum, ad lumbricos, &c. dos. in decoct. ad manup. 1.

Curcuma, crocus Indicus, *Indiaenschen saffraen*, *saffran des Indes*, abstergit, attenuat, aperit, discutit, digerit-

men,

mensſes movet, icterum, hydropem, & cachexiam ſanat, calefacit & ſiccat in 2. ventriculum, hepar, & uterum confortat, fit ſpecies *diacurcuma* pro ut in croco doſ. ad ℈ij. rectius ſpecies *diacrocu* nominatur, quippè *Curcuma* non intrat.

Cuſcuta, caſſutha, androſaces, *vrange, goutte de lin*. Calefacit in 1. & ſiccat in 2. ſplenetica hepatica, abſtergit, ſubadſtringit, aperit, ad melancholiam, ſcabiem, icterum nigrum, obſtructiones hepatis ac lienis. Doſ. in decocto ad manup. ß.

Cyanus, *blauw koren-bloem, bluet*, refrigerat & ſiccat in 2. adſtringit, ad oculorum dolores, inflammationes, rubedinem, uſus eſt in collyriis, ad ℥j. aqua cum vino ad hydropem cocti.

Cyclamen, panis porcinus, arthanita, *verckens-broodt, pain de porceau*, calefacit & ſiccat in 3. incidit, aperit, abſtergit, citat calculum, menſes, fœtum mortuum, errhinum in gravitate auditus, in ſtrumis ac tuberculis diſcutiendis. Sed interne cum cautela exhibenda: fit unguentum *de arthanita* quod circa umbilicum illitum blande purgat per alvum omnes humores noxios.

Cydonia, cottonea malus, *quepeirenboom, pomme de coinq*, refrigerat in 1. & ſiccat

ſiccat in 2. adſtringunt, nutriunt, ſtomachum confortant, contra vomitum, ſingultum, dyarrhæam, & diſenteriam. *Semen* refrigerat & humectat, mucilagine ſua lenit, acrimoniam obtundit *uſus* præcipuus in gargariſmate contra ariditatem linguæ, in clyſteribus ad dolorem hæmorrhoidum ſedandum, *mucilago* cum aqua roſarum facta & impoſita, ad opthalmiam ſanandam, & ad ſciſſuras mammarum leniendas, ambuſtaque curanda. Fit *rob*, *conditum*, *miva vel caro cydonior*, *marmelata*, doſ. horum ad ℥j. *vinum* ex ſucco dos ℥ij. *oleum* pro linimento confortat ſtomachum, *ſyrupus* ad ℥j. & ultra.

Cygnus, *een ſwaen*, *un cygne*, cujus *adeps* emollit, lenit, attenuat, utilis eſt ad hæmorrhoides, pudendorum duritiem, cum vino lentigines cutis tollit.

Cynogloſſum, lingua canina, *honts-tonghe*, *langue de chien*, refrigerat & ſiccat in 2. incraſſat, lenit, obſtruit, fluxus alvi & gonorrhæam ſiſtit, ſed ob narcoſim virulentam, ſuſpecta eſt, & rariſſimè exhibetur. Fiunt *pillulæ* de cynogloſſa doſ. gran. 12.

Cynosbatus, *honts-rooſen*, *roſes ſauvages*, *flores*, adſtringunt, proinde in profluvio uteri rubro & albo ſummæ ſunt æſtimationis. Doſ. in pulvere ad ℈ij. in decocto ad manup. 1. *fructus* maturi ad

calculum dos. pro libitu. Fit *aqua* ad ℥iiij. *syrup*. ad ℥j.

Cyparissus, *vide* Cupressus arbor.

Cyperus longus & rotundus, *gallegaen*, *fouchet*, utraque calefacit & siccat in 2. aperit, stomachica, uterina, citat urinam, menses, ad hydropem, cruditatem ventriculi, colicam, vertigines & oris fœtorem dos. ℈ij.

Cysolithos, *vide* Lapis spongiæ.

Cytisus, amaranthæ, *folia* refrigerant & attenuant, sanant ulcera incipientia, folia sicca in decocto cum vino commixta augent lac in mammis lactantium & amissum restaurant.

D A

DActylus, *vide* Palma.

Datura magnum est soporiferum daturque maniacis & delirantibus ad gr. iiij.

Dama, *eenen das*, *un daim*, convenit cum capra alpina.

Daucus, *geel wortels*, *de racines jaunes*, calefacit & siccat in 2. *semen* aperit, incidit, flatus discutit, uterinum est, & diureticum, menses provocat, suffocationi & dolori matricis prodest, valet in singultu, dysuria, & tussi chronica. Dos. in pulvere ad ʒj.

Daucus creticus, *vide* meum.

Dentalium & entalium, *zee-schelp*, *coquille*

coquille de mer, conchula parva est cum cæteris conchis conveniens, & in unguento citrino usitatum.

Diagrydium, *vide* Scammonium.

Dictamnus creticus, *diptamnus*, *diptamne*, calefacit & siccat in 2. *folia* uterina sunt ac alexipharmaca. Attenuat, abstergit, aperit, menses provocat, partum accelerat, *extrinsecus* in ictibus venenatis, & spiculis extrahendis. Dos. in pulvere ad ʒj. in infusione ad ʒij.

Digitalis, *vingerhoedt-kruydt*, *gant Nôtre Dame*, abstergit, expurgat corpus per superiora & inferiora *extrinsecus* sanat omnia vulnera dos. in decoct. pugill. I.

Dipsacus, carduus fullonum, labrum veneris, *volders kaerden*, *chardon à foullon. Radix* siccat & abstergit, valet ad rhagades ani & verrucas, *vermiculi* in echinis reperti, & de collo suspensi, pro amuleto habentur in quartana.

Doronicum, aconitum pardalianches theophrasti, calefacit & siccat in 3. discutit, alexipharmaca, valet in vertigine, cordis palpitatione, uteri inflatione, morbis venenosis, ac morsibus scorpionum. Dos. in decocto ad ʒij. in pulvere ad ℈ij.

Draco mitigatus, *vide* Mercurius dulcis.

Draco

Draco herba, *dragoen dragon*, calefacit & ſiccat in 2. incidit, attenuat, cauſat appetitum, ſtomachum confortat, & condimentum eſt lactucæ.

Dracantium convenit cum Arone.

Dravich, *dravick*, perturbat rationem, & cauſat ſtultitiam experto crede roberto, antidotum eſt acetum vini.

Dryopetis, *vide* Ranunculis viridis.

Dulcamara, *halfs-rancken*, calefacit & ſiccat in 2. valet ad obſtructiones hepatis & vermes doſ. decocti ad ℥iij. *extrinſecus ſuccus* ad faciei nitorem, lentigines, maculas, in *cataplaſmate* ad mammarum dolores ac duritiem & grumos lactis.

E B

EBenus, *ebben-houdt bois, d'ebene*, hujus oleum laudatur in doloribus arthriticis, paralyſi, morbis venereis & puſtulis extrinſecus ſcilicet loco affecto inunctum. Convenit cum *Guiaco* ad morbos venereos. Sal præcipuè fixum doſ. ℈j.

Ebulus, *hadick oft wilde vlier, hyeble*, ſambucus humilis, *flores* calefaciunt & ſiccant, diſcutiunt, emolliunt, reſolvunt ſudores movent, ut ſambuci flores. *Folia* in cataplaſmate ad dolores podagricos ſopiendos, tumoreſque aquoſos diſcutiendos, adeoque herniæ aquo-

ſæ conveniunt. *Cortex radicis* calefacit & ſiccat in 2. diſcutit, emollit, aquoſos & ſeroſos humores per alvum educit. Doſ. in decoct. ℥j. *ſemen* idem facit doſis in pulvere ad ʒj. fit *aqua* doſ. ℥iiij. *rob* doſ. ℥ß. *tinctura ſeu eſſentia* granorum ebuli ſpecificum eſt remedium contra hydropem, cachexiam, & uteri ſtrangulatum doſ. ℥ij.

Ebur, *vide* Elephas.

Ebur foſſile, *vide* unicornu foſſile.

Echinus animal, *vide* Erinaceus.

Echium, viperina, *ſlangen-hooft*, *buglos ſauvage*, *radix* valet ad tuſſim contumacem, digerit, diaphoretica, lythontriptica. Doſ. in pulvere ad ʒj.

Elaphoſelinum, *vide* Petroſelinum montanum.

Elaterium ſuccus eſt amarus ex fructu cucumeris aſinini expreſſus, & inſpiſſatus, purgans eſt violentum humoris ſeroſi, menſes movet, fætum, interimit, undè rarus ejus uſus, cum nec malignitate careat. Doſ. ex depurato à gr. 2. ad gr. 3. *ſyrup.* ad ℥j. *extractum* ad gr. 2.

Elatine, *vide* Hedera terreſtris.

Eleagnon, *vide* Agnus caſtus.

Eleoſelinum, *vide* apium.

Elephas, *eenen Oliphant*, *un elephant*. Soli dentes *ebur* vulgò dicti in uſu ſunt, refri-

refrigerat & ſiccat moderatè, adſtringit, incidit, viſcera roborat, albas mulierum fluxiones ſiſtit, ictero convenit, lumbricos fugat, ſtomachi dolores & imbecillitatem abigit. Epilepſiæ medetur, melancholiam arcet, putredini & venenis reſiſtit. Doſ. in pulvere ad ʒß. in nodulo ad ʒij. ſit *ebur uſtum*, vulgò ſpodium & ad differentiam ſpodii mineralis, *ſpodium ex ebore* dicunt. *Trochiſci* de ſpodeo. Doſ. ℈j.

Elleborus, vel helleborus niger, veratrum nigrum, *vier-kruydt*, *elebore noir*. Calefacit & ſiccat in 3. *radix* potenter purgat humores atra bilarios, ac melancholicos, proinde in mania, inſania, hypochondriaca paſſione, elephantiaſi, herpete, Cancro, quartana, vertigine, epilepſia, apoplexia, & ſcabie. Sed caute ob violentiam *correcta* in infuſione dos ʒj. *extractum* à. gr. X. ad gr. XV.

Elleborus albus, *nies-kruyt*, *ellebor blanc*, calefacit & ſiccat in 4. *radix*. Validiſſimè purgat, & ob violentiam uſum purgandi internum ſoli *elleboro nigro* relinquit. Extrinſecus ſternutationes movet, ſcabies, impetigines, ſerpigines mundificat & ſanat. Lethargicos excitat naribus indita, menſes proritat ſubdita.

Endivia, intybus ſativa, *endyve*, *en-*

 dive.

dive. Refrigerat & ſiccat in 2. hepatica eſt, aperit abſtergit, diuretica & ad febres bilioſas fit *aqua* doſ. libr. ß. *ſyrupus* ℥j. *conſerva* florum ℥j.

Enula campana, *vide* Helenium.

Epatica alba, gramen parnaſſi, *gras van parnaſſus*. Refrigerat, ad hepatis intemperiem, vulneraria, ad hemorrhagiam, dyſenteriam, diarrheam, & cæteros alvi ac uteri fluxus. Dos in pulvere ad ʒj. in decocto ad manup. 1

Epatica nobilis, *edel lever-kruyt*, *hepatique*, calefacit & ſiccat moderate, ſubadſtringit, purificat ſanguinem, ad obſtructiones epatis, lienis, icterum, urinam ciet, renes & veſicam abſtergit & herniam curat. Doſ. in apozemate ad manup. 1.

Epatica ſtellata, *vide* Aſperula.

Ephemerum non letale, *vide* Lilium Convallium.

Epithymum, *clim die over den tymoes waſt*, *teigne de thym*. Differt à cuſcuta ex eo quod *epithymum* ſit calidum & ſiccum in 3. cuſcuta vero in 2. ita ut veriſimile ſit epithymum ſuas vires à thymo, cuſcutam à lino mutuari. Purgat blande ſeroſos, & melancholicos humores, uſus præcipuè in ſcabie, ulceribus, & ad affectus hypochondriacos, lienis morbos, & obſtructiones. Convenit cum ſenna.

Equus, equa; *een peerdt*, *un cheval*, hujus coagulum (*hypacen dictum*) cæliacis, dyſentericiſque convenit doſ. ℈ij. *Lac* utile eſt epilepticis, phthiſicis, tuſſientibus & aſthmaticis, doſ. ad ℥iij. *ſtercus* internè propinatur in dolore colico, & nephritico. In ſtrangulatu uteri, in fætu mortuo, calculo & ſecundinis expellendis. Maceratur ℥j. in vini rhenan. ℥iiij. colatura propinetur valde movet ſudorem. Extrinſecus ſanguinis eruptiones cohibet. *Teſtes* caſtrati ad ſecundinas pellendas remedium præſtantiſſimum, doſ. ℈j. *ungula* fætus mortuos ſuffitu exturbat pediculoſque fugat, *lapis* (*Hippolithus*) in ventriculo aut inteſtinis repertus, non abſimilis lapidi bezoar, ita & viribus eundem æmulari ſtatuitur doſ. ad gr. 16. *lichenes* (*calloſa excrementa in equorum cruribus naſcentia*) laudantur peculiariter ad uterinas ſuffocationes (*ſuffitu ſubtus facto*) ut & ad morbum comitialem pro quibus fit *extract.* doſ. à gr. 5. ad ℈ſ.

Equicervus, *vide* Alces.

Equiſetum, cauda equina, *peerdtſteert*, *queuë de cheval.* Refrigerat & ſiccat in 2. inſpiſſat, adſtringit, uſus præcipuus in hæmorrhagiis ſiſtendis, in exulceratione & vulneratione renum & veſicæ, doſ. in decocto ad manup. 1. fit *aqua* doſ. lib. ß.

Erina-

Erinaceus, *eenen egel, un herrisson*. Coctus vel incineratus & potus, subvenit involuntariè mingentibus, stomacho gratus est alvumque movet *jecur* exsiccatum & ad ℈j. cum oximellite sumptum, renum vitiis auxilio est, medetur cachexiæ, hydropi, convulsionibus, & elephantiæ. Viscerumque fluxiones exsiccat. *Axungia* felicissimè herniis medetur.

Erica, *heyde*, *bruyere*. Digerit, uterina, ad paralysim, dolores artuum, &c. Dos. in pulvere cum *floribus* ad ℈ij. fit *oleum* ad herpetes fœdos faciei inveteratos.

Eruca, *rakette*, *rokette*, tota planta venerem stimulat, perservat ab apoplexia, calefacit & siccat in 3. *extrinsecus radix* extrahit ossicula fissa. Pituitam è cerebro prolicit in apophlegmatismis.

Eruca animal, *risspe*, *chenille*, generatur ex ovis papilionis, *in sectum* venenosum nec in arte usquam approbatum.

Erygerum, *vide* Senecio.

Eryngium, *kruys-dystel*, *racine de panicaut*, *radix*, calefacit & siccat moderate, aperit, epatica nephritica, alexipharmaca est, Citat menses & urinam, prodest in ictero, liene obstructo, & colico. Dos. in apozemate ad ℥ij. *radix condita* ad ℥j.

Ery-

Eryſimon, verbena fœmina, *yſer-kruydt*, *wyſken*, *ratenon*, ſinapi eſt ſpecies. Calefacit & ſiccat in 3. attenuat, aperit expectorat, ad tuſſim chronicam, in tuſſilagine contumaci pulmonum, &c. *Extrinſecus* in cancro non exulcerato, tumoribuſque renitentibus mammarum. Fit *ſyrupus* de eryſimo doſ. ℥j.

Eſula, *wolfs-melck*, *herbe au laict*, pituitam & ſerum validiſſimè per inferiora purgat, eſt autem ignea & erodens, adeo ut impudentium mendicorum fraudi inſerviat, qui ejus ſucco cutem ſibi met exulcerant. Corrigitur *tragachanto* & *bdellio* fitque *extractum* doſ. gr. 15.

Eufragia, *oogen-trooſt*, *euphrage*, ophthalmica eſt, & cephalica, calefacit & ſiccat in 2. ad oculorum caligines & ſuffuſiones. Adſtringit quoque & diſcutit fit *aqua* in collyriis pro libitu

Eupatorium meſue, *vide* Ageratum.

Eupatorium veterum, *vide* Agrimonia.

Eupatorium cannabinum, herba *S. Cunigundis* calefacit & ſiccat in 1. attenuat, aperit, ſub adſtringit, hepatica eſt & vulneraria, valet ad cachexiam, catarrhos, tuſſim, & menſes retentos doſ. in pulvere ad ʒj. in decocto ad manup. 1. fit *aqua* doſ. libr. ß. *extractum* ad

ad ℨj. *trochisci* ad ℈j. *extrinsecus*, optimum est vulnerarium, ac in balneis citissimè menses provocans.

Euphorbium, calefacit & siccat in 4. violentissimè totum corpus conturbans & expurgans non sine vitæ periculo.

Evonimus, *Pape-moetsen*, animalibus nocet capris exceptis, fructus sanant scabiem, & tineam pediculos interficiunt, & albos capillos tingũt in vino cocti & loti.

F A

FAba, *Boonen*, *febues*, refrigerat & siccat in 1. incrassat, extergit, emplastica, utilis in corpore pro diarrhæa, dysenteria, lienteria, &c. *extra* ad maculas solares, aliasq; cutis sordes extergendas. *Decoctum* siliquarum recentium orificio vesicæ injectum, valet ad gonorrhæam, & urinæ acrimoniam. *Aqua* ex floribus diuretica est dos. ℥iij. maculas faciei fugat. *Sal* è stramine summum est diureticum, usitatissimum in hydrope, calculo, & urina retenta dos. ℨj.

Fabaria, crassula major, cotyledon alterum telephium, refrigerat & siccat, adstringit & mundificat, vulneraria, præcipuè tamen inconsolida intestinotum erosione per dysenteriam introducta, in hernia curanda & maculis cutis. Dos in decocto ad manup. 1. in cataplasmate ad libitum.

Farfara, *vide* Tussilago. Fa-

Fagus, *buecken-boom*, *du fau*, *aqua* in cavitate reperta curat ſerpiginem & ſcabiem.

Febri fuga, *vide* Centaurium minus.

Felis, *vide* Catus.

Fel terræ, *vide* Centaurium minus.

Ferrum, mars, *eyſer*, *du fer*. Diverſis dotatum eſt viribus, adſtringendi ſcilicet & aperiendi, vis aperitiva in volatiliori potiſſimum reſidet parte, vis adſtrictoria in fixiori. Purgatur gradatim unde *chalybs* valde aperit in obſtructionibus lienis & meſenterii, infunditur in ſubſtantia vel limatura ad ℥iiij. in libris 4. vini rhenani. Fit *calcinatio*, *reverberatoria*, unde *crocus martis obſtructivus*. Siccat, confert in dyſenteria, diarrhæa, lienteria, gonorrhæa & ſimilibus. Externus ejus uſus eſt in exſiccandis ulceribus & vulneribus dos ad ℈j. *Crocus martis aperiens* valet contra omnes obſtructiones epatis, lienis, & pancreatis, ad ſcorbutum, menſes obſtructos, hydrope, & ſimilibus doſ. ad ℈ij. *ſal* vel *vitriolum martis*, mirabiliter aperit doſ. à gr. 3. ad gr. 8. *tinctura martis* valdè aperit, reſerat omnes obſtructiones, valet in cachexia, hydrope, & menſtruis ſuppreſſis, doſ. ad ℥ſs: in juſculo. *Extractum martis aperiens* convenit cum *tinctura* doſ. ad ℈ij. *Extractum martis adſtrin-*

ſtringens valet in dyſenteria, diarrhæa, fluxu hepatico, & uterino. Doſ. ad ℈ij. *flores martis* vel *mars diaphoreticus* movet ſudorem, valet ad omnes febres putridas, citat urinam, præcipuus tamen uſus eſt in melancholia hypochondriaca. Et febribus, quartanis. Doſ. ad ℈j.

Ferula calefacit & ſiccat in 3. ex qua fluit, galbanum & ſagapenum pro diverſitate regionum, de quibus poſtea.

Ficedula, *een mugge-vinck*, pro cibo comeſta viſum acuit.

Ficus, *vygen-boom*, *en vygen*, *ſiguer* & *figues*. *Fructus* alias *caricæ*. Calefaciunt & humectant, pulmonariæ ſunt, & bechicæ, arenulis renum & veſicæ medentur, venenis reſiſtunt, valent in variolis & morbilis, maturant, molliunt, extrahunt, unde & bubonibus peſtilentialibus (*innuente ſcripturâ*) conferunt, partum facilitant, & tuſſim ſedant doſ. pro libitu.

Filago impia, *ruer-kruyt* valet in cataplaſmate ad cancrum.

Filipendula, *rooden ſteen breeck ſaxi*, *frage rouge*, calefacit & ſiccat in 3. attenuat, abſtergit, diſcutit, diuretica, ad mucilaginem tartaream pulmonum, renum, veſicæ & articulorum, in colica flatulenta, ac fluore albo. *Extrinſecus* pro tumore hæmorrhoidum. Doſ. in pulvere ʒj. *ſyripus* ℥j.

Filix,

Filix, *varen*, *fougere*, calefacit & ſiccat in 1. ſplenetica, ſub adſtringit, aperit ad obſtructiones viſcerum lienis & uteri *extrinſecus* mucilago commendatur adambuſta doſ. ad ℥j. in decocto ad manup. 1. *extractum* ex radicibus ad ℈ij.

Fiſtularia, *roode ratelen*, refrigerat & ſiccat in 2. adſtringit, pro dyſenteria, diarrhea, fluxu hepatico & uterino. Doſ. in decocto ad manup. 1.

Flammula inter venena numeratur, abradit omnia inteſtina & hominem occidit.

Flos adonis, *bruynettekens*, *ſemen*, calefacit & ſiccat in 2. valde aperit, pro calculo renum & veſicæ. Doſ. ad ʒß.

Flos Africanus, *Africanen*, nocet homini, olfactus ſolus cauſat dolorem capitis, & introſumptus jugulat.

Flos armerius primus, *Jonckerkens*, & ſecundus *keykens*, conveniunt cum cariophillis.

Flos cheyri, *vide* Cheyri.

Flos ſolis non eſt in uſu.

Fontinalis, *fonteyn-kruydt*, vel potamogetum, refrigerat & ſiccat, ſiſtit omnem fluxum alvi & uteri in vino rubro cocta. Doſ. ad vitrum unum ſæpius in die, in oleo cocta & applicata padagram tollunt, *ſuccus* ulcera ſordida abſtergit, & facies eo lota rubedinem abigit.

Fœ-

Fœgopyrum, fago triticum, *boeck-weydt*, *panitz*, dat alimentum, facillis digeſtionis, alvum lubricans, &c. *farina* in cataplaſmate ad inflammationes mammarum & teſtium.

Fœniculum, *venckel*, *fenoüil*, calefacit in 2. & ſiccat in 1. aperit, reſolvit, diſcutit, carminativum, roborat ventriculum, viſum acuit, lac auget, *radix & ſemen* calefacit in 3. & ſiccat in 2. diſcutit, flatus expellit, purgantia corigit. Fit *aqua* pro ophthalmia in collyriis. Pro potu ad libr. ß. *Semen* ad ℨj. *oleum* pro dolore colico doſ. ad gr. 5.

Fœniculum porcinum, *vide* Peuceccdanum.

Fœnum græcum, *fenigrieck*, *fenugrec*, *Semen* calefacit in 2. & ſiccat in 1. emollit, digerit, maturat, diſcutit, paregoricum eſt, uſuſque adeo famoſi, ut cataplaſma dictarum chirurgis vix uſitatum ſit, quin fœnugræcum vel hujus mucilaginem contineat. Uſus eſt in clyſteribus emollientibus, & inteſtinis eroſis.

Formica, *een miere*, *formice*. *Formicæ* cum ovis calefaciunt & ſiccant, venerem proritant, doſ. in pulvere ad ℈j. *extrinſecus*. Pſoram, lepram & lentigines ſanant ſale etritæ & illitæ. *Liquor* ad opthalmiam.

Fragara, *eertbeſien-kruydt*, *herbe de frai-*

fraiſes, refrigerat & ſiccat in 1. diuretica eſt, ſubadſtringit, ad calculum & icterum, ut in gargariſmis, balneis, & cataplaſmatis. Doſ. in decocto ad manup. 1. *fructus* refrigerant & humectant in 2. ſplenetici, nephritici, diaphoretici, ſed non adeo commode, commeduntur cum facile putreſcant : *aqua* ex integra planta abſtergit lentigines & maculas. *Aqua* ex fructibus ad citim, & æſtum febrilem doſ. lib. ß.

Frangula, alnus nigra, *ſporken-houdt*, calefacit in 1. & ſiccat in 2. *cortex* interior radicis purgat omnes humores corporis dos in pulvere ad ʒj. *extrinſecus* hujus decoctum ad ſcabiem.

Fraxinella, diptamnus albus, *witten diptan*, *diptam baſtart*, calefacit & ſiccat in 2. aperit eſt cordialis, alexipharmaca, uterina, cephalica, ad vermes, morbos malignos, epilepſiam, alioſque affectus capitis, ac uteri obſtructionem ſecundinaſque pellendas, *aqua* doſ. ℥iiij. *radices* conditæ ad ℥ß.

Fraxinus, *eſſchen boom*, *freſne*. *Folia* exſiccant & ictus ſerpentum, ſanant applicata. *Cortex* & *lignum* calefaciunt & ſiccant, attenuant, emolliunt ſplenis duritiem, diuretica ſunt & lythontriptica. *Semen* calefacit & ſiccat in 3. conducit pleuriticis, epaticis, calculoſis, &c.

dos. in decocto ad ℥ij. fit *sal.* dos. ʒj. *aqua* ℥iij. *Extractum* ℈ij.

Frumentum Saracencium *turckſche terve, bled de turquie.* Panis ex eo factus nutrit, laborioſos confortat, flatus gignit, oculis nocet, ventrem ſiſtit.

Fumaria, fumus terræ, *gryſecum, fumi terræ.* Calefacit in 1. & ſiccat in 2. ſplenetica, hepatica, attenuat, purgat ſeroſos & bilioſos humores, ſenſim viſcera reſerat, roborat, ſanguinem purificat, valet ad ſcorbutum & obſtructiones meſenterii, lienis, icterum, ac ſcabiem dos. in decocto ad manup. ij. *aqua* adlib. ß. *ſuccus* inſpiſſatus ʒj. *ſyrupus* ℥j. *pillulæ* ad ʒj. *ſal.* ad ℈ij.

Fumaria bulboſa, piſtolochia, *boonkens, hol-wortel, racine creuſe*, calefacit in 2. & ſiccat in 3. ſubadſtringit, aperit, hepatica, uterina, alexipharmaca, ſudorifera, diuretica, vulneraria, citat menſes, fœtum, ictero medetur, ſanguinem mundificat, ſcabiei ſuccurrit. *Extrinſecus* commendatur ad vulnera & ulcera etiam antiqua & fiſtuloſa, illa enim mundificat & conſolidat: ad ſcabiem, dolores podagricos, grumos ſanguinis, in contuſionibus, ac putredinem oris dos. in pulvere ad ʒj.

Fungus, *Campernoillen, de champion*, proxime accedunt ad plantas venenatas,

ſiccus

ſiccus autem vel crepitus lupi adſtringit omnia vulnera cruenta & ſanguinem undique fluentem extrinſecus applicatus.

Fuligo, *ſoet uyt de ſchauw*, *de la ſuye*. Acris eſt & extergit, plantis pedum contra ardorem febrilem (revulſionis gratia) inſignis, cum ſale, albumine ovi & aceto applicata. *Spiritus* & *oleum* confortativa ſunt inſignia, mirabiliter enim agonizantes, epilepticos, & apoplecticos refocillant doſ. *ſpiritus* ad ℈ß. *oleum* ad gutt. iij. *ſal.* præſtantiſſimum remedium eſt in cancro exulcerato, ſi in cella ſolutum cancroſis ulceribus bis terve inungatur, venenoſitas enim omnis inſtar vaporis viſibiliter extrahitur.

Fungus, *vide* Crepitus Lupi.

G A

GAlanga, *galligan*, *gallien*, calefacit & ſiccat in 3. ſtomachica, cephalica, uterina, incidit, aperit, ad cruditates & inflationes ſtomachi, vertiginem, obſtructiones uteri, ad omnes affectus frigidos, & flatulentos, *extrinſecus* roborat caput in errhinis. Fit *ſpecies Diagalangæ* doſ. ʒj. *extractum* ad ℈ij.

Gagates, eſt ſpecies bituminis, emollit, diſcutit, colicam ſanat, ſed vix in uſu doſ. ℈j. fit *oleum* pro epilepticis, maniacis

cis, paralyticis, ſpaſmicis, tetanicis, & hyſtericis, naribus illitum.

Galbanum gummi. Calefacit & ſiccat in 2. emollit, reſolvit, extrahit, menſes provocat, partum pellit, ad tuſſim, & aſthma, venenis reſiſtit doſ. ℈ß. fit *oleum* pro hyſterica paſſione ad gutt. 5. exhibitum. *Extrinſecus* idem facit umbilico illitum, maturat bubones & anthraces. Cum reſina pini & pulvere viridis eris commixtum extirpat clavos pedum.

Galega, ruta capraria, *geyten-kruydt*, *rue de chevres*, celeberrimum eſt alexipharmacum ac ſudoriferum, venenum peſtilentiale inſigniter diſcutiens, uſus ejus præcipuus eſt in petechys, variolis, & morbillis expellendis, ipſaque peſte curanda, in epilepſia infantum exhibetur ſuccus ad cochlear 1. doſ. in decocto ad manup. 2. *aqua* ad lib. ß. *extractum* cum *theriaca* certat doſ. ad ʒij.

Galeopſis, *vide* Scrophularia major.

Gallæ, *gal-noten*, *extrinſecus* ſiſtunt omnem fluxum ſanguinis, & uteri procidentiam.

Gallium, *wal-ſtroy*, *petit muguet*, calefacit & ſiccat temperatè valet ad hæmorrhagiam narium, ad omnem ſcabiem, & cancrum mammarum hujus decoctum.

Gal-

Gallitricum, *vide* Horminum.

Gallus, gallina, *eenen haen, een hinne, un cocq, un pouille*, gallina viva circa anum deplumata, venenum, & pus extrahit imposita. *Decoctum galli* insigne est nutritivum & corroborativum, *tunica* interior ventriculi roborat stomachum, adstringit, vomitum compescit, fluxum alvi sedat ʒj. *testes* vires restaurant, semen generant, *fel* maculas cutis aufert, *pinguedo* caponum calefacit, humectat, emollit, lenit, labiorum rimis convenit & aurium doloribus *albedo stercoris* colico & uterino dolori convenit, valet ad icterum calculum, & urinæ suppressionem dos. ℈j. *testes* lithontripticæ sunt & ad tartaream mucilaginem corporis. Dos. ℈ij. *albumen* refrigerat, adstringit, & agglutinat, *vitellum ovi* stimulat venerem, est anodynum, maturat, digerit, laxat, fit *oleum* consolidans vulnera, & maturans tumores.

Gattaria, cattaria, *vide* Nepeta.

Garosmus, vulvaria, attriplex fetida, *stinckende melde, herbe de boucq*, naribus admotus valet ad suffocationem uteri.

Genista, *brem, genest, Semen & folia* calefaciunt & siccant in 2. aperiunt, abstergunt, splenetica, hepatica, nephritica, hydragoga, ad colicam, hydropem, obstructiones hepatis, lienis, & mesen-

terii. Fit *aqua* dos. lib. ß. *conserva* ex floribus ℥j. *sal.* ad ʒj. lixivium ex cineribus ℥iiij.

Gentiana, *gentiaen, gentin*, calefacit, & siccat in 2. alexipharmaca, aperit, ad pestem, venena, obstructiones hepatis, lienis, hydropem, suffocationem uteri, ventriculi imbecillitatem, lumbricos, febres intermittentes, & morsum canis rabidi. Dos. in pulvere ad ʒj. extractum ad ℈iiij.

Geranium robertianum, gratia Dei, *oyvaerts-beck, bec de cycogne*, temperatum in calido & frigido, subadstringit, ex tergit, ad scissuras mammarum, & ulcera pudendorum, sanguinem coagulatum resolvit, vulnera mundificat, plantis pedum applicatum ad febrilem æstum compescendum, dos. in decocto ad manip. 1.

Ghitta jemon, gummi gutta, gutta gemau, expurgat per superiora, & inferiora præcipuè humores bibliosos, usus in hydrope febribus intermittentibus, scabie, &c. dos. à gr. 5. ad gr. 14.

Gladiolus, *vide* Iris.

Glyzyrrhia liquiritia, *calissien-hout*, *de la reglisse*, temperata est, pulmoniaca, & nephritica est, acrimoniam mitigat, expectorationem promovet, asperitatem lenit; in tussi, raucedine, vesicæ erosione,

ne, & urinæ acrimonia commendatur Dos. in pulvere ad ʒj. *succus* pro libitu, syrupus ad ℥j.

Glans terrestris, *aert-noten*, calefacit & siccat in 1. constippat & adstringit.

Glans unguentaria, *vide* Balanus myrepsica.

Gobius, *een geuve*, *un gouvion*, inter omnes pisces est saluberrimus.

Gossypium, *vide* Bombax.

Gramen, *honts-gras*, *du chindent*, refrigerat in 1. siccat in 2. aperit, subadstringit, ad obstructiones hepatis & lienis, uteri, lumbricos necat, *extrinsecus* ad dolorem capitis, inflammationes oculorum odontalgiam, & podagram, fit *aqua* dos. lib. ß. *radices* in decocto ad ℥iij.

Granata, malus punica, *granaet-boom*, *grenadier*, *poma* censentur boni succi, & ventriculo convenientia, *dulcia* valent in tussi chronica, *acida* refrigerant & adstringunt, stomachum confortant, conveniunt in febribus bibliosis, gonorrhea, pica gravidarum compescenda, orisque putredine corrigenda. *Vinosa* cardiaca, cephalica, ad syncopem, & vertiginem, *flores*, *balaustia* refrigerant & siccant in 2. adstringunt, inspissant, ad diarrheam, dysenteriam, fluxum hepaticum uterinum, hemorrhagiam, gingivas laxas, &

herniam. Dos. in decoct. ad ℥j. inpulvere ℈ij. *cortex* sedat fluxum uteri & hemorrhoidum dos. in decocto ad ℥j. *nuclei* idem præstant, fit *syrupus* dos. ℥j.

Gratiola, gratia Dei, *gratie Godts*, *gratiole*, calefacit in 3. & siccat in 2. purgat serum lentum, bilem, ad hydropem, icterum, & vermes. Vomitum provocat dos. *in pulvere* cinnamemo correcta ad ʒj. in infuso ad ℥ij. *extractum* ad ℈j.

Glossularia, *vide* Ribes.

Grus, *een krane*, *un grue*. Hujus *pinguedo* surditati auxilio est auribus instillata, lienis duritiem aliosque tumores renitentes emollit. *Fel* oculis prodest, *capiti cum cerebro & oculis* pulverisatum, cancris & varicosis ulceribus applicatur.

Gryllus, *eenen krekel*, *un grillon*, pulverisati opthalmici sunt, cum *melle* instillati.

Guajacum, *pack-houdt*, *guajac*, lignum sanctum, *lignum*, *cortex*, calefacit & siccat, in 2. sudoriferum, diureticum, mundificat sanguinem, ad putredinem, arthritidem, hydropem, catarrhos, flegma, & tartaream mucilaginem, peculiariter tamen pro lue venerea. Dos. in *decocto* ad ℥iiij. *extractum* ad ʒij. *oleum rectificatum*. Ad epilepsiam, luem veneream, odontalgiam, pellitque fœtum

vivum

vivum & mortuum doſ. ad gutt. 5. *ſpiritus* perlas & corallia diſſolvit. Doſ. ℈ij. *extractum ex gummi* doſ. gr. 4.

Gummi Ammoniacum, *vide* Ammoniacum.

Gummi Bdellium, *vide* Bdellium.

Gummi Galbanum, *vide* Galbanum.

Gummi Lacca, *vide* Lacca.

Gummi Ladanum, *vide* Ladanum.

Gummi Sagapenum, *vide* Sagapenum.

Gummi ſeu reſina animæ, calefacit in 2. & humectat in 1. attenuat, reſolvit, diſcutit, cephalica eſt, in nervorum affectibus rigidis & catarrhoſis, paralyſi, luxationibus & contuſionibus. Fit Emplaſtrum.

Gummi Arabicum, calefacit & humectat in 1. inſpiſſat, acrimoniam medicamentorum obtundit, & aſperitati aſperæ arteriæ ac tuſſi confert, doſ. in pulvere ad ℈j. in *aqua* roſarum infuſum correctorium eſt diagridii.

Gummi vel reſina copal. calefacit in 2. & humectat in 1. emollit & reſolvit in emplaſtris, præcipuè pro cephalalgia.

Gummi elemi calefacit & emollit, digerit, reſolvit, maturat, dolorem ſedat, capitis ac nervorum affectibus, eorum denique vulneribus & præcipuè cranii ſpecificè confert.

Gummi Hederæ, *vide* Hedera.

Gummi gutta, *vide* Ghitta Jemou.

Gutta gamba, *vide* Gutta Gemau.

H A

HAlimus, *zee-porcelyn*, *la blanchette*. *Radix* ad tormina ventris, ſpaſmum & herniam doſ. in decoct. ad ℥j.

Hæmatites lapis, *bloedt-ſteen*, *la pierre hematite*, refrigerat, exſiccat, adſtringit, glutinat, convenit in ulceribus oculorum, & pulmonum, oculis lachrymantibus, ſanguinis expuitioni medetur, profluvia omnia alvi, uteri, & narium compeſcit doſ. ad ℈ij.

Halec, *harinck*, *un harenge*, integrum ſalitum, plantis pedum imponitur, ad humores à capite derivandos, æſtumque febrilem domandum.

Hedera arborea, *eert-velt*, *du lierre*, calefacit & ſiccat. Capiti & nervis nocet idcirco raro in uſu. *Exterius* ad achores, in funticulis ab inflammationibus tuendis, in ozænis curandis, in aurium purulentarum dolore ſedando, *baccæ*, purgant per ſuperiora & inferiora unde contra febres exhiberi ſolent doſ. in pulvere ad ℈ij. *gummi hedere* acre eſt & pſylothrum inſigne ac cauſticum.

Hedyſarum, ſecuridica, *bylkens-kruyt*, *herbe d'hachette*, calefacit & ſiccat in 2. abſtergit & convenit cum lupinis.

Hedra terreſtris, *onder-have, du lierre terreſtre*, calefacit & ſiccat, aperit, abſtergit, vulneraria, ad tartarum pulmonum, renum, icterum, eroſionibus conducit & ulceribus viſcerum abſtergendis, ac conſolidandis. Fit *aqua* doſ. lib. ß. *conſerva* ℥j. *ſyrupus* ℥ij.

Helenium, *galant-wortel*, *enul campan*, calefacit & ſiccat in 2. abſtergit, diſcutit, aperit, pulmoniaca, ſtomachica, ſudorifera, alexipharmaca ad tartarum pulmonum, renum, tuſſim, aſthma, ventriculi cruditates, obſtructiones, uteri, peſtem, ſcabiem, & morbos contagioſos. *Radix condita* doſ. ℥ß. *extractum* ad ʒj.

Helleborus, *vide* Elleborus.

Helxine, *vide* Parietaria.

Herba S. Crucis, *vide* Nicotiana.

Herba paris, *wolfs-beſie*, *raſins de renard. Baccæ & folia* refrigerant & ſiccant. Uſus baccarum eſt alexipharmacus, in peſte; venenatis morbis, veneniſque aſſumptis *extrinſecùs* foliorum uſus in bubonibus peſtilentialibus. Doſ. in pulvere ad ℈ij.

Hermodactylus, pituitam craſſam, lentam, alioſque humores viſcidos peculiariter à juncturis efficaciter trahit, ob id chiragræ, podagræ, &c. conducit. Doſ. ad ℈j. in infuſo ad ʒj. ß.

Herniaria, *duyſent-groen*, *boutonet*, refri-

refrigerat & ſiccat, valet ad herniam, urinam citat, renum & veſicæ calculum atterit, ventriculi aliarumque partium mucilaginem pellit, & icterum curat. Doſ. in pulvere ℨj.

Hippolithus, *vide* Equus.

Hirudo, ſanguiſuga, *een eckhel, ſangſue.* Sangninis exuctioni inſerviunt, adeoque cum cucurbutulis conveniunt.

Hirundo, *een ſwaluwe, arondel, integræ* epilepſiæ conveniunt, *cinis* cum *melle* illitus. Anginæ ac uvulæ medetur, *cor* epilepſiæ medetur *ſanguis* oculis confert, nidus anginæ eſt auxilio (*extrinſecus* impoſitus) ictui viperino convenit, *ſtercus* exurit, pro morſu canis rabidi. Fit *aqua hirundinnm* peculiariter ad epilepſiam, apoplexiam, & paralyſim doſ. ℥j.

Hirundinaria, *vide* vince toxicum.

Hiſpidula, *katten-poot, pied de chat, pes cati*, peculiariter convenit exulcerationi pulmonum & ſanguinis expuitioni. Fit *ſyrupus de pede cati*, doſ. ad ℥j.

Homo, *eenen menſch, un homme, ſaliva* hominis jejuni valet ad venenatos morſus canis rabidi, & ſerpentis. *Ungues* cient vomitum, *lac* refrigerat, lenit, maturat, phthiſicis præ aliis conveniens, oculorum rubedini, aliiſque inflammationibus mirè confert, *butyrum*

inſig-

insigne est ophthalmicum. *Urina* calefacit, exsiccat, resolvit, abstergit, discutit, mundificat, putredini resistit, valet in obstructione epatis, lienis, vesicæ bilariæ, pestis præservatione, hydrope, ictero, &c. dos. lib. ß. *extrinsecus* siccat scabiem, resolvit tumores, discutit, mūdificat, vulnera etiam, venenata arcet gangrænam, abstergit furfures, oculorum rubedini subvenit, fit *spiritus urinæ*, insigne est anodynum in doloribus exterius applicatus, valet in scorbuto, malo hypochondriaco, cachexia, icteritia flava ac nigra, atterit calculum renum & vesicæ, epilepsiæ, apoplexiæ, & paralysi. Dos. ad gutt. 12. *oleum* ad ℈j. *mumia* dos. ad ℈ij. *extractum mumiæ* ad ℈ij. *pinguedo*, roborat, discutit, mulcet dolores, removet contracturas, & foveas post variolas relictas explet. *Ossa* excicant, discutiunt, adstringunt in diarrhæa, dysenteria, fluxu hepatico, uterino, &c. dos. in pulvere ℈ij. *cranium* valet ad epilepsiam, ex quo fit magisterium dos. ad ʒß. *oleum cranii* ad gutt. 6. *extractum cranii* ℈j.

Hordeum *gerst*, *orge*, *semen* refrigerat & siccat in 1. abstergit, digerit, aperit, emollit, diureticum, nutrit, *aqua* insignis est pro æstu domando, *extrinsecus* in cephalalgia mittganda, oculorum

fluxionibus calidis ſedandis. Doſ. pro libitu pariter decocti.

Horminum, *ſcharleye*, *orvalle*, calefacit & ſiccat, abſtergit, attenuat, citat urinam ſed cito inebriat. Uſus eſt in cerevifia.

Huſo piſcis, exoſſis, ichthyocolla, *huygenblas*, *le pouſon de colle*, ſiccat & explet, adhibetur ad ſputum ſanguinis, doſ. in decoct. ad ʒij. *uſus ejus* in emplaſtris glutinantibus. Optimum remedium pro clarificando vino & cereviſia.

Hyacinthus, *hyacint-ſteen*, *hyacinth*, vim habet cordialem, alexipharmacam, ſpecificum etiam contra ſpaſmum, doſ. ad ℈j.

Hydragyros, *vide* Mercurius.

Hydropiger, *vide* Perſicaria.

Hyoſcyamus, juſquiamus, dens caballinus, *bilſen-kruyt*, *endormie*, refrigerat in 4. & ſiccat in 2. *radices*, *ſemina*, & *folia*. Sumnum perturbant & rationem, ſtupefaciunt, delirium cauſant: unde ejus uſus *intrinſecus* eſt nocivus. *Extrinſecus* vero acrimoniam mitigat, valet in tumoribus calidis, podagra, &c. *ſemen* cum tabaco in *pippa* mixtum ac fumatum illico dolores dentium ſanat, *oleum* idem facit.

Hypericon, herba perforata, fuga dæmonum, *Sint Ians-kruydt*, *mille pertuis*,

cale-

calefacit in 1. & ſiccat in 2. diureticum, vulnerarium, conſolidat, ad ſanguinem coagulatum, calculum, lumbricos, doſ. ad ʒj. *extrinſecus* ad contuſiones nervorum, & partum difficilem. Fit *oleum* doſ. ad ʒß.

Hypocyſtis refrigerat & ſiccat. Potentiſſimè adſtringit & condenſat præcipuè in dyſenteria, diarrhæa, & omni alvi ac uteri fluxu, nec non ſputo ſanguinis. Doſ. ad ℈ß.

Hyſſopus, *hyſop oft eſpe, hyſoppe*. Calefacit & ſiccat in 3. attenuat, aperit, abſtergit, ad tartarum pulmonum, tuſſim, aſthma. *Extrinſecus* ad oculorum ſugillationes, oris abſterſionem, uteri mundificationem in balneo, ventriculumque roborat, fit *aqua* cum vino doſ. ℥j. ſine vino ℥iiij. *conſerva* ad ℥ß. *Syrupus* ad ℥j. oleum ad gutt.5.

I A

JAcea viola tricolor, *penſeen, penſées*, calefacit & ſiccat in 2. abſtergit, penetrat, incidit, diſcutit, vulneraria, ad ſcabiem, pruritum, mucilaginem pulmonum viſcoſam, ac uteri obſtructionem. *Extrinſecus* idem facit doſ. in decocto. Ad manup.2. peculiariter pro lue venerea ſingulis diebus ad lib. ß. introſumendum.

Jacea nigra, *vide* ſuccisa.

Jacobea, *Sint Iacobs-kruydt*, *herbe de S. Iaques*, calefacit, diſcutit, abſtergit, conſolidat, ad anginam, *decoctum* pro gargariſmate, vulneribus, & ulceribus inveteratis.

Jalappa, *jalap*, mechoacanna nigra, purgat blande omnes humores noxios præcipuè ſerum doſ. in pulvere *radix* ad ʒj. *reſina* jalape ad gr. xvi. magiſterium ad ℈j.

Jaſminum, *jaſamien*, *jaſmin*, *oleum* calefacit, emollit, aperit, partum facilitat, ad tuſſim, dyſneam, pleuritidem, ſcirrhos uteri laxat. *Uſus externus* in catarrhis frigidis, colica, membris ac artubus reſolutis doſ. ad gutt. 5.

Jaſpis lapis in hemorrhagia multum valet appenſus, vel plagæ admotus.

Ibiſcus, *vide* Althea.

Ichthyocolla, *vide* Huſo piſcis.

Illecebra, *vide* Vermicularis.

Imperatoria aſtrutium, *meeſter-wortel*, *imperatoire*. *Radix* calefacit & ſiccat in 3. alexipharmaca, ſudorifera, aperit, attenuat, ad tartarum pulmonum, halitum fetidum, in affectibus capitis, paralyſi, apoplexia. In cruditate ventriculi & dolore colico, *extrinſecus* ad adontalgiam, in ſcabie capitis exiccanda, & ſerpigine, fit *aqua* doſ. ℥iiij. *extractum* ad ʒj.

Impa-

Impatiens, noli me tangere, *kruydekeri en roert my niet*, venenoſa eſt.

Iris noſtras, *groot liſch*, *flambe*, *radix*, calefacit & ſiccat in 3. hydragoga eſt ac errhina, hydropocorum aquas educit *extrinſecus* ad impetigines & maculas cutis detergendas, ſed ventricuio nocet. Doſ. ſucci cum ſaccharo, dulçorati ad ℥ij.

Iris florentina & illyrica, *liſch over zee*, *glayeul*, calefacit & ſiccat in 2. incidit, attenuat, expectorat, digerit, abſtergit, emollit, ad mucillaginem ſeu tartarum pulmonum, tuſſim, aſthma, obſtructiones menſium, tormina ventris, *extrinſecus* ad cutis maculas, lentigines, & oris fœtorem. Fit *ſpecies diaireos* doſ. ℈ij. *emplaſt. ireatum* ad pleuritidem.

Iva arthetica, *veldt cypres*, calida in 2. & ſicca in 3. aperit, incidit, movet urinam pro ictero, obſtructione hepatis & lienis, calculo & menſibus retentis, expellit fœtum mortuum, & dolores podagricos mitigat Dos in decoct. ad manup. ij. in pulvere ad ʒj.

Juglans, *ockernoten-boom*, *noiſier*, *nuces recentes*, calefaciunt in 1. & ſiccant in 2. difficulter digeruntur, parum nutriunt, ventriculo nocent, generant bilem, dolorem capitis, tuſſim, ſed præſervant à peſte. *Putamina externa viridia* vomitum cauſant in decocto ad

ʒij.

℥ij. *cortex arboris interior siccus* idem facit dos. in pulvere ad ʒj. *Julii* ad colicam, dolorem nephriticum, & diarrhæam sistunt. Dos. ad ℈ij. *conditæ* confortant stomachum, & juvant digestionem, *succus è radicibus perforatis stillans*, podagricos dolores lenit illitus. *Oleum ex nucleis maturis expressum* flatus potenter dissipat, adeoque in colico dolore multum in usu, *extrinsecus* tumores discutit, contractos nervos emollit, & scabiem antiquam sanat dos. ad ℥ij.

Jujubæ moderatè calefaciunt & humectant valent ad asperitatem pulmonum, tussim, pleuritidinem, acrimoniam urinæ, sanguinis effervescentiam, erosiones renum & vesicæ. Fit *syrupus* dos. ℥j.

Juncus odoratus, *vide* Scænanthum.

Juniperus, *genever-boom*, *genevre*, calefacit & siccat in 3. *rasura ejus* in cucuphis adhibetur pro confortativo capitis, & nervis roborandis. *Baccæ* calefaciunt in 3. & siccant in 2. discutiunt, incidunt, attenuant citant urinam, movent sudores & menses, ad obstructionem lienis, ad affectus capitis, nervorum, pectoris, in tussi, colica, mucilagine renum & vesicæ *suffitus* usitatissimus est tempore pestis *Gummi sandaracha vernix*. Calefacit & siccat in 1.ad

1. ad nervos resolutos ac contractos, ad affectus frigidos capitis, in *oleo lini soluta* ad ambusta & hæmorrhoides, *sal.* est sudoriferum, bezoardicum, ad epilepsiam, pestem, affectus venenatos dos. ℨj. *extractum* idem facit dos. ad ℈ij. *elyxir* admirandarum virium in calculo, & stomachicum insigne, dos. cochlear 2. *spiritus* dos. ℨj. *oleum ex baccis* ad aliquot guttas.

Jupiter, *vide* Stannum.

K A

KAli, *gal*, *galle*, calefacit & siccat, dissolvit, attenuat, ad obstructiones hepatis, lienis, & hydropem. *Extrinsecus* ad scabiem & cutis asperitatem dos. in decocto ad ℨj.

Kermes, chermes, *kermis-besien*, *du vermillor*, calefacit in 1. & siccat in 2. cardiaca sunt *grana*. Adstringunt, spiritus vitales reficiunt, parturientibus subveniunt, vulneratis nervis medentur, & morbillos ac variolas erumpere faciunt, fit *confectio alkermes* dos. ad ℈iiij. *syrupus* ad ℥j. *scarlatus pannus* granis hisce tinctus, adhibetur non modo ad morbillos proliciendos, *patientes in eum involvendo*) sed & ad cor, stomachumque roborandum, epitemata eo suscepta cordis regioni imponendo.

L A

LAc, *vide* Bos.

Lacca pictoribus familiare, calefacit, attenuat, aperit, ſanguinem purificat, ſudorem ciet, diuretica eſt, valet in obſtructionibus lienis, veſiculæ fellis, hepatis, & pulmonum, hinc in hydrope, ictero, aſthmate, & apoſtemate pulmonum: variolas & morbilllos expellit, ad peſtem, & provocanda menſtrua. Fit *ſpecies* doſ. ad ℈ij.

Lacertus, *een eeghdiſſe*, *une laiſarde*, elicit è corporibus ſpicula, vel vitra (*ſectus vel cum ſale tuſus & impoſitus*) ictui ſcorpionum ſuccurrit, ad herniam infantium, applicatus. Fit *oleum* ad rubedinem faciei emendendam, *illitum.*

Lachryma Jobi, *St. Iobs-traenen*, *ſemen* valde laudatur contra dolorem nephriticum & calculum renum ac veſicæ.

Lactuca, *ſaluet*, *laictue*, refrigerat in 3. & ſiccat in 2. ſumnum conſiliat, bilis ferveſcentiam ac æſtum compeſcit, lac auget, alvum leniter movet, ventriculo convenit, bene nutrit, *extrinſecus* ad dolorem capitis, medetur ambuſtis, ſumnum cauſat, *ſemen* inter frigida minora eſt, convenit in gonorrhæa virulenta, & ad urinæ ardorem, doſ. in decocto ad ℥ß. Fit *aqua* doſ. lib. 1.

Lada-

Ladanum, ſuccus eſt inſpiſſatus calefacit & ſiccat, emollit, digerit, maturat, attenuat, aperit, orificia venarum reſerat, uſus præcipuè in catarrhis, tuſſi dyſenteria, *extrinſecus* ejus uſus in emplaſtris emollientibus & anodynis, tuſſim ſedat in alopecia unctum, præcipuus tamen hujus in *pilulis Alexandrinis* doſ. eſt pilula 1. aut altera. *Pilulæ de ladano* ad ʒj.

Lagopus, pes leporinus, *haeſe-pootkens*, *pied de lievre*, ſiccat & adſtringit, ad profluvia alvi & uteri, dyſenteriam, in hæmoptyſi, ſtranguria, ulceratione veſicæ, *extrà* ad hæmorrhagiam, tumores inguinum, & herniam. Doſ. in decocto ad manup. 1.

Lampyris allata *een wormken oft vliege die ſnachs ſcheynt*, *nocti luca*, valent in calculo bene præparatæ doſ. ℈ij.

Lanugo perlata, *vide* Mercurius.

Lampſana valet ad papillas exulceratas.

Lapathum, rumex, *kalfs-tonge*, *oſeille*, refrigerat & ſiccat in 2. *ſemen* alvum obſtruit doſ. ʒj. *decoctum radicis* ſcabiem extergit & ſiccat, fit *aqua* è radicibus ad cutis maculas, puſtulas, & alphos.

Lapis armenius, deſiccat mediocriter, extergit *internè*, purgat ſine noxa, valet

valet in mania, melancholia, & epilepſia doſ. in ſubſtantia ad ℨj.

Lapis calaminaris *externè* leniter ſiccat, extergit, adſtringit, ulcera carne replet, fit emplaſtrum gryſeum.

Lapis hæmatites, *vide* Hæmatites.

Lapis Judaicus, *Joden-ſteen*, *la pierre Judaique*, medetur difficultati urinæ, fit *magiſterium* doſ. ad aliquot guttas.

Lapis Chryſolitus ad grana 15. introſumptus & pulveriſatus per quindenam conſequenter ſanat melancholiam hypochondriacam.

Lapis granatus, rubinus, & carbunculus conveniunt quoad vires ſanant omnes affectus cordis, palpitationem, lipothymiam, ſyncopen, & reſiſtunt venenis doſ. in pulvere ad ʒß. fit tinctura ad ℈j.

Lapis jaſpis, *bloedt-ſteen*, collo appenſus, vel manibus tractatus ſiſtit ſanguinem undique fluentem doſ. datur in pulvere ad ℈j. pro fluxu uteri.

Lapis lazuli, convenit cum lapide armenio præcipuè tamen contra apoplexiam, epilepſiam, doſ. ℨj. fit *magiſterium* doſ. ℈j.

Lapis lyncis, calculum frangit, & in febribus intermittentibus utilis doſ. ℈ij.

Magnes, *magneet*, *oft zeyl-ſteen*, *la pierre d'aimant*, convenit cum hæmatite.

Lapis

Lapis nephriricus, commendatur ad nephriticos dolores, calculum & arenulas expellit, fit *magisterium* dos. ad ℈j. liquor ad gutt. 25. &c.

Lapis hirundinum, chelidonius dictus, grani lentis magnitudine, in ventriculo pulli primogeniti invenitur, statim affectus oculorum sanat, in oculis impositus, item epilepsiam puerorum sanat collo suspensus.

Lapis ostiocolla, vel ossifragus, *walsteen*, ossa cito conglutinat, quippè materiam callo idoneam citissimè suppeditat, dos. ad ʒj.

Lapis Saphirus, *vide* Saphirus.

Lapis sardius sistit omnem fluxum alvi, & præcavet abortum dos ad ℈j.

Lapis specularis, *vrouwen-steen* hujus infusio ornat & dealbat faciem & rugas delet.

Lapis spongiæ extenuat sine insigni calore, ad calculum renum & vesicæ frangendum utilis dos. ℈j. & strumas discutit.

Lapis smaragdus, omnem alvi, sanguinisque fluxum, præcipuè dysentericum sistit, venenatis item morsibus, pesti & febribus pestilentibus medetur. Dos. ad gr. 10. inter *amuleta* potissimum commendatur ad epilepsiam & hæmorrhagiam, *tinctura* dysenteriæ & fluxi.

fluxibus omnibus valde prodeſt, palpitationem cordis, melancholiam, paraphrenitidem, & ſyncopen ſanat doſ. ad gr. 12.

Lapis Turcicus, *turquoiſe*, mirabiles habet virtutes, prædicit enim morbos futuros teſte *Boetio* & *Schmuckio* qui ſinguli portabant unum in auro, & antequam corripiebantur, lapis fiebat totus maculoſus.

Lapis Ætites, *Arent-ſteen*, *vide* Ætites.

Lapis carminativus, *kolyck-ſteen*, umbilico applicatus colicum dolorem ſanat, & hyſtericam paſſionem.

Lapis malachites purgat per ſuperiora & inferiora, frangit apoſtemata & vomicam dos in pulvere ad ʒj.

Larix, *lorken-boom*, *des eſpinardes*: *folia* & cortices adſtringunt, *fungus* trunco adnatus agaricus dicitur de quo vide. *Reſina* pro terebynthina venditur. Vide Terebynthinam.

Lavendula, *vide* Spica nardus Germanica.

Laurus, *Laurier-boom*, *laurier*. *Folia* & *baccæ* calefaciunt & ſiccant in 3. emolliunt, reſolvunt, *baccæ* conveniunt in menſibus & urinis ciendis, affectibus nervorum, paralyſi, colico, in dolore poſt partum, cruditatibus ventriculi.

Doſ.

Dos. in pulvere ad ℈j. *extrinsecus*. *Folia*, ad ictus serpentum, tumores molliunt, promovent menses in suffitu, & leniunt dolores dentium in gargarismate. *Emplastrum* de baccis lauri dolorem ventriculi, intestinorum, hepatis, renum, uteri & vesicæ à flatibus sedat & hydropi confert. *Oleum* expressum idem facit. *Oleum stillat*: discutit insigniter flatus, præcipuè in spasmo gravidarum, in colica, siderata membra illitu restituit, auribus inditum dolores compescit, auditumque confortat, delet impetigines, lentigines & quascunque faciei maculas, phthiriasim & tineas curat dos ad gutt. 4.

Laureola, *vide* Chamælea.

Lens palustris, *enden-groen*, *lentille d'eau*, refrigerat & humectat in 2. in inflammationibus, æstu sanguinis, *extra* ad scabiem fit *aqua* in febribus continuis non malignis. Dos. ℥iiij.

Lens sativa, *vitse*, *lentille*, refrigerat & siccat, difficilis digestionis, pravi nutrimenti, oculis nocet & nervis *decoctum* ejus in variolis & morbillis, dos. ℥iij.

Lentiscus, *mastix-boom*, *lentisque*, exhibet officinis *gummi* vel *resinam mastichen*. Quam *vide* infra.

Leo, *eenen leeuw*, *un lion*, hujus *stercus*

cus ex quo fit *ſpiritus* ſanat epilepſiam doſ. gutt. 8. *cruor* exſiccatus & in vino hauſtus idem præſtat, hujus tamen *ſal. volatile præſtantius*, ad gr. 5.

Lepidium piperitis, *peper-wortel*, *rafort*, *ou raifort*, calefacit & ſiccat in 3. decoctum radicum ſanat icterum, hydropem, dolorem nephriticum, ſtranguriam & menſes provocat, febrem tertianam & quartanam curat, dos bis in die ad ℥ß. radices & folia contuſa & dolori iſchiatico impoſita dolorem tollunt.

Lepus, *eenen haeſe*, *un lievre*. *Cinis* fit ex lepore integro cum pelle in vaſe combuſto. Præſtantiſſimum eſt medicamentum pro calculo doſ. ʒj. *ſanguis illitus* cutis vitia, & lentigines ſanat, *aſſatus* dyſenteriam, & cæliacorum profluvia ſiſtit ℈j. *pulmo* ſuſpirioſos juvat, *cor* pulveriſatum quartanam ſanat dividendo in doſ. iij. *jecur* fluxum alvi ſedat, *renes* & *teſtes* mictionem involuntariam corrigunt, ſiccati ad ʒj. *uterus pulveriſatus* conceptionem juvat, *oſſiculum tali*, pulveriſatum *haſen-ſpronck* epilepſiam ſanat, *axungia* ſpicula cuti in fixa attrahit, *ſtercus* calculoſis prodeſt numero 3. cum vino rhenano.

Leviſticum, *lavas*, *liveſce*. *Folia radix & ſemen*, calefacit & ſiccat in 3. incidit,

cidit, aperit, alexipharmacum, diureticum, vulnerarium, roborat ventriculum, ad aſthma, citat menſes, lochia fœtum mortuum, tartarum lentum reſolvit, doloreſque inde natos ſedat, hepatis lieniſque obſtructiones aperit, ictero convenit, in *balneo* pro utero & calculo fit *aqua* doſ. ℥iij. pulvis ad ʒj.

Libanotis ſpecies fœniculi porcini, calefacit & ſiccat in 2. abſtergit, attenuat, extrinſecus applicata & contuſa contra hemorrhoides & ficus ani. *Decoctum* cum vino movet menſes dos ℥ij.

Licen petreus, hepatica fontana, *water-lever-kruydt*, *hepatique d'eau*, refrigerat & ſiccat, abſtergit, inſignis hepatica, & ad illius obſtructionem, in hectica, ictero, ſcabie, & gonorrhæa. Fit *aqua* doſ. ℥iiij.

Lignum nephriticum, calefacit & ſiccat, movet calculum & urinam, valet in obſtrructionibus hepatis, lienis, & ictero doſ. in decocto ad ℥j.

Liguſtrum philyrea, *keel-krudyt*, *treeſne*, refrigerat & ſiccat, adſtringit, incidit, ad inflammationes, putredinem oris & faucium, procidentiam & tumorem uvulæ, laxitatem gingivarum (*in collutione*) & ad ſcorbutum. Fit *aqua* doſ. ℥iiij. *extra* ad inflammationes oculorum.

Lilium

Lilium, *lelien*, *lys*. Anodinum, digerit, maturat, ad tumores, clavos pedum, mollit pudenda parturientium, ambuſta ſanat, abſtergit, emollit, fit *aqua* è floribus ad affectus pulmonum, tuſſim & aſthma. Doſ. ℥ij. *dealbat* faciem cum camphora & oleo tartari. Fit oleum ex infuſione pro linimento.

Lilium convallium, *Mey-bloemmekens*, *muget*, *flores* calefaciunt & ſiccant in 2. ad affectus frigidos capitis, apoplexiam, epilepſiam, paralyſin, in vertigine & lypothymia. Inſigne errhinum eſt pulveriſatum. Fit *aqua* cum vino deſtillata doſ. ℥j. conſerva ℥ß. ſpiritus ℈j.

Limax, *vide* Cochlea.

Limonia mala, *limoenen*, *des limons*, convenit cum citrii mali virtutibus, ſed magis refrigerant & ſiccant. Fit *ſyrupus* doſ. ℥j.

Linaria, *wilt vlas*, *linſavage*, calefacit & ſiccat in 1. diureticum, ad icterum, obſtructiones hepatis, urina, & hydropem *extra* ad ſtranguriam abdomini impoſita, ano, in hæmorrhoidum dolore. Fit *aqua* doſ. iij.

Linum, *vlas*, *du lin*, calefacit & ſiccat, moderatè digerit, emollit, maturat, ad tuſſim, pleuritidem, phtiſim, *extra* maturat tumores, lenit dolores, pellit fœtum, fit & *oleum expreſſum* doſ. ad ℥ij.

farina

farina ad lienem durum, teſtes induratos & in enemate *oleum* pro colico.

Liquidambra, reſina eſt oleaginoſa ſuaviſſimi ac fortiſſimi odoris, ex qua fit *oleum* calefaciens in tertio & humectans in 1. reſolvit, obſtructiones impedit, emollit, maturat, uſus præcipuus eſt in utero obſtructo ac indurato. Etiam pro perfumandis chirotecis.

Liquiritia, *vide* Glyzyrrhiza.

Lithargirium, *ſchuym van goudt*, *litarge*, ſiccat & refrigerat moderatè, adſtringit, reprimit, occludit, cava explet, extergit & ſarcoticum eſt, *tinctura* ſeu *balſamus* litargyrii terebintinatus, mirarum exiſtit virtutum in chirurgia, convenit ulceribus inveteratis & tumoribus, curat vulnera & ea ab accidentibus præſervat, ſuccurrit etiam fiſtulis, cancro, morphæis & aliis.

Lithoſpermum, *vide* Milium ſolis.

Locuſta, *den brandenden ſpringhaen*, inſectum eſt ex pernicie quam infert (herbas & ſegetes mordendo, terramque tactu & ſaliva adurendo, nulli regioni incognitum *vires* odoris ſuffitu urinæ difficultatem juvant.

Lotus, trifolium odoratum, *ſeven getey-bloem. trefeul odorat. Flores* & *herba* calefaciunt & ſiccant moderatè, digerunt, abſtergunt, alexipharmaca, ano-

dyna

dyna, diuretica, vulneraria, ad pleuritidem, dysuriam, epilepsiam, & hydropem incipientem. *Extra* vulnera ab inflammatione defendit, & consolidat, hæmorrhoides lenit, in oculorum nubeculis *succus instillatus*. Fit *aqua* dos. ℥iij. *oleum* infusum ad vulnera glutinanda herniasque puerorum sanandas, tumoresque molliendas & maturandas.

Lucius, lupus piscis, *snoeck*, *un brochet*, hujus *mandubula* exsiccant, abstergunt, conferunt pleuritidi, fluori albo mulierum, pro partu difficili, & calculo dos. ad ℈ij. *axungia* illinitur plantis pedum infantulorum & pectusculis ad revellendos catharros, & demulcendam tussim, *ova* vomitum & alvum proritant.

Lumbrici terreni, *pier-wormen*, *verm de terre*, sunt diuretici, diaphoretici, anodyni, discutiunt, emolliunt, obstructiones reserant, lac augent, vulnera, nervosque læsos glutinant, usus præcipuè in apoplexia, spasmo, ictero, hydrope, dos. *intus*, *succus* ad ʒij. cum vino albo vel in *pulvere* ad ʒij. fit aqua dos. ℥iij. *liquor* ad ℥ß. *oleum*.

Lupus, *eenen wolf*, *un loup*, *dentes* fricatione gingivarum, infantulis dentes erumpere faciunt, *intestina* colicam sanant, dos. ʒj. stercus colicis confert dos. ℈ij.

Lupu-

Lupulus, *hoppe*, *du houblon*, calefacit & ſiccat in 2. diſcutit, ad obſtructiones, hepatis & lienis, hypochondriorum, pro menſibus retentis, urina & ictero, *extra* ad contuſiones, luxationes, & tumores, *turiones* mundificant ſanguinem, præſervant à ſcabie, &c. fit *aqua* doſ. lib. ß. ſyrupus ℥j.

Lychnis Coronaria, *Chriſtus ooghe*, expurgat valenter corpus per alvum, calefacit & ſiccat doſ. in pulvere ad ʒj.

Lynx, lupus cervarius, *tyger-wolf*, hujus *axungia* convenit, articulis reſolutis, *unguis* auro includitur pro amuleto ad ſpaſmum.

Lyſimachia refrigerat & ſiccat in 2. adverſatur ſerpentibus, adſtringit, ſiſtit ſanguinem, menſes, & ſedes undique fluentes doſ. in decocto & enemate ad manup. 1.

MA

MAjorana, *marjolyn*, *marjolaine*, calefacit & ſiccat in 3. attenuat, digerit, penetrat, ad affectus capitis, nervorum, uteri, ventriculi, citat menſes, roborat cerebrum, diſcutit flatus, ad apoplexiam, paralyſim, &c. fit *aqua* cum vino deſtillata doſ. ℥j. *conſerva* ℥ß. *oleum* ad gutt. 5.

Malabatrum, cadegi, calefacit in 1.

& ſiccat in 2. Convenit cum ſpica nardi Indica.

Malua, *maluwe*, *malue*, calefacit, humectat, emollit, dolores lenit, laxat alvum, ad urinæ acrimoniam, phthiſim, tuſſim, raucedinem, calculum, eroſiones veſicæ, inteſtinorum & uteri doſ. in decocto ad manup. 1. *ſemen* contra calculum, ſtranguriam, & gonorrhæam doſ. in pulvere ad ʒj. *extrinſecus decoctum* ad tineam capitis, maturat tumores, dolorem ſedat, lenit alxum, in enemate. Fit *aqua* doſ lib. ß. *conſerva florum* pro phthiſi, tuſſi, &c. ad ℥j.

Malva arborea, *winter-rooſen*, *roſe outre mer*, *flos* calefacit & humectat, ſubadſtringit, in tonſillarum, & oris putredine, ad fluxum menſtruum, & eryſipelate doſ. in decocto ad manup. 1.

Mandragora, *cortex* refrigerat in 3. & ſiccat in 1. emollit, narcoticus eſt & ſoporiferus, ſed rari uſus *intrinſecus*. *Extra* vero in oculorum rubore ac dolore, in eryſipelate, tumoribus duris & ſtrumis, fit *oleum* pro illis.

Manna, temperata eſt, guttur, aſperam arteriam & thoracem leniens, alvum blande movens, ac bilem ſeroſoſque humores educens doſ. pro pueris ad ℥j. adultis ad ℥iij.

Mar-

Marga, *fleen-mergh*, ſiccat, adſtringit, conſolidat, & ſarcotica eſt.

Margaritæ, *peerlen*, *perles*, cordiale præbent nobiliſſimum, quo balſamus vitæ oppreſſus vireſque exolutæ inſigniter recreantur ac confortantur, proinde venenis, peſti, ac putredini reſiſtunt, animũ exhillarant, agoniſantes recreant & reficiunt. Doſ. in pulvere ad ℈j. fit *ſal.* perlarum doſ. ℈ß. *Magiſterium* doſ. ad gr. 15. *eſſentia*, *tinctura*, *arcanum perlarum* doſ. ad gr. 14. ſpecies diamargarit. ad ʒj.

Marmor, *marmer-ſteen*, *du marbre*, ſub ſe varias ſpecies continens, nempè *ophiten*, *ſerpentyn-ſteen*, *la ſerpentin*, valet contra dolorem capitis, venena aſſumpta, ictus ſcorpionis, lethargum, peſtem, petechias. Contra colicam pleuritidem, tormina ventris, podagram, dolorem nephriticum, ſi poculum quotidiano uſui deſtinetur.

Marubium album, *witten aendorem oft malrove*, *marruble blanc*, calefacit in 2. & ſiccat in 3. attenuat, incidit, aperit, abſtergit, ad obſtructiones hepatis, pulmonum; lienis, uteri, ad phthiſim, hemoptiis, in partu difficili, lochiiſque remoratis, ac aſthmaticis ſuffocationibus, aſt nocet renibus & veſicæ niſi corrigatur glyzyrrhiza ac paſſulis, fit *ſyru-*

pus doſ.℈j. & *oximel marubiatum* doſ.℥ß.

Marum convenit cum mentha.

Maſtiche gummi, calefacit & ſiccat in 2. ſubadſtringit, emollit, ventriculum roborat, nauſeam & vomitum compeſcit, corrigit purgantium acrimoniam, exhallationes ventriculi reprimit, quæ caput aliàs ferire ſolent, (grana aliquot poſt paſtum deglutita) roborat caput, & nervoſum genus. Expuitioni ſanguinis, & tuſſi medetur. *Extrinſecus* uſus ejus eſt in dentifricis & emplaſtris ſtomachicis. Fit *oleum* pro litu. *Pillulæ* maſtichinæ ſtomachum blande purgant, & optimè roborant, totius abdominis excrementitios humores ſine moleſtia detrahunt, & expellunt, doloribus capitis, & uteri affectibus proſunt. doſ. ʒj.

Mater perlarum, *Moeder-perel, mere de perles*, vires concharum habet de quibus ſupra vide.

Matricaria, *mater, matricaire, herba* cum floribus, calefacit in 3. & ſiccat in 2. attenuat, incidit, ad affectus uteri frigidos & flatulentos, in obſtructionibus menſium, hydrope, febribus putridis, calculum renum & veſicæ, vertigine, *extrinſecus* in ſuffocatione matricis, in duritie mammarum, doloribus artriticis, & æſtu febrili, fit *aqua* doſ. ℥iiij

ſa

sal dos. ℨj. syrupus ad ℥j. *oleum* vix in usu.

Matrisylva, *vide* Caprifolium.

Mechoacanna, *mechoacan*, pituitosos, & serosos humores ex toto corpore blande & sine molestia expurgat, utilissimum itaque remedium est in catharris, hydrope, arthritide, & lue venerea. Calefacit & siccat in 2. dos. in pulvere ℨj. in infusione ad ℨij.

Medulla vel axungia solis, species est terræ sigillatæ epilepsiam sanans dos. ℈j. appellatur itidem terra sigillata strigensis à strigia Silesiæ oppido.

Mechites lapis, *vide* lapis Armenius.

Melanthium, *vide* Nigella.

Melilotus, lotus urbana, *malloote*, *mellilote*, *herba cum toto* calefacit & siccat moderatè, emollit, discutit, dolores mitigat, usus præcipuè *extrinsecus*, in tumoribus & doloribus, oculis rubicundis, & clysteribus fit *aqua* ex floribus dos. ℥iij.

Melissa hortensis, *confille de greyn*, *melisse*, calefacit in 2. & siccat in 1. cephalica, cardiaca, uterina, stomachica, adeoque in melancholia, somnis turbulentis, paralysi, apoplexia, vertigine, lipothymia, cruditatibus ventriculi, suffocatione uteri, citat menses & lochia, *extra* ad uterina balnea, vulnera recen-

 tia,

tia, & ictus venenatos fit *aqua* sine vino dos. ℥iiij. *aqua* cum vino ad ℥j. *essentia* ad ℥ß. *extractum* ad ʒj. *conserva* ad ℥ß. *syrupus* ad ℥j. *oleum* ad gutt. 6.

Melo, melopepo, *meloen*, *melon*, refrigerat & humectat in 2. malè nutrit, facilè putressit, causat febres, & tormina ventris, coctus minus nocet, vel pipere, sacharo, & vino correctus. *Semen* est è 4. seminibus frigidis majoribus, aperit, abstergit, hepaticum, nephriticum, ad tussim, phthisim, febres, stranguriam, & urinæ ardorem dos. in emulsione ad ℥ß. *cortices* saccharo condiuntur admistis aromatibus pro libitu.

Menta acuta sive crispa. *Balsam-munte*, *mente*, *herba* cum floribus, calefacit & siccat in 3. penetrat subadstringit, stomachum confortat, ad cruditates, singultum, nauseam, vomitum, & flatus, ad hepar, obstructiones, cephalalgiam, vertiginem, lactis coagulationem, & tormina ventris. Fit *aqua* cum vino dos. ℥j. *syrupus* ʒj. *conserva* ℥ß. *oleum* gutt. 15. *sal* ad ℈j.

Menth aquatica easdem cum sativa vires habet, adeoque in defectu substitui poterit.

Menta saracenica, balsamita, costus hortorum, *bruyn-heyligh*, *oft munte*, *mente*, calefacit in 3. & siccat in 2. aperit, atte-

attecuatn, diſcutit, abſtergit, ad affectus uteri, ſtomachum confortat, appetitum exitat, putredini reſiſtit, cachexiam ſanat, menſes citat, ſpiritus recreat, contra opii & aliorum venenorum aſſumptionem remedium, ſed nocet generationi doſ. in pulvere ad ʒj. *ſpiritus* ad ℈j.

Mercurialis, *ſcheyt-kruydt*, *mercurial*, calefacit & ſiccat in 1. abſtergit, alvum laxat, bilem & ſerum purgat, *extrinſecus* pudendo adhibita menſes movet, & ſecundinas trahit, mollit tumores, celeberrimus uſus eſt in clyſteribus. Fit *mel* mercurial. pro antedictis.

Mercurius, *quick-ſilver*, *argent vif*, mundificat ſanguinem, ab inquinamento, præcipuè venereo & lumbricos fugat, fit *Mercurius præcipitatus*. Valde movens ſudores, luem veneream ſexies vel ſepties exhibitus eradicat, febres omnes tollit, & lumbricos eliminat, doſ. ad gr. 6. *Mercurius præcipitatus per oleum ſulphuris*. Purgat omnes vitioſos humores, reſolvit catarrhos, ad putredinem, hydropem, podagram, luem veneream, venena, peſtem, febres, ulcera maligna, & ſcabiem. Doſ. ad gr. 6. *præcipitatus communis* purgat per ſuperiora & inferiora doſ. gr. 8. *præcipitatus ſolaris*, ſeu *Diaphoreticus* præſtantiſſimum eſt ſudorificum. Doſ. gr. 4. *Mercurius dul-*

cis vulgaris vel *draco mitigatus* omnes humores noxios ſine moleſtia expurgat, unde & infantibus exhiberi poterit, doſ. gr. 15. *Mercurius vitæ*, expurgat per vomitum valet in lue venerea, peſte, ulceribus malignis, arthritide, & hydrope doſ. gr. 4.

Meſpilus, *miſpel-boom, meſple, fructus oſſicula & folia*, refrigerant in 2. & ſiccant in 3. adſtringunt, conſtippant, ventriculo nocent, *matura* minus nocent, & facilè putreſcunt.

Meum, meu, daucus creticus, *wilt poot-ſaet*, *carot ſauvage*, calefacit in 3. & ſiccat in 2. attenuat, aperit, diſcutit, ad flatus, ructus, citat menſes & urinam, in torminibus ventris, ſuffocatione uteri, catarrhis, tartaroque pulmonum expectorando doſ. in decocto ad manup. 1. *ſemen* pulveriſatum ad ʒj.

Mezereum, *vide* Chamleæa.

Milium, *hirs*, *millet*, refrigerat in 1. & ſiccat in 3. conſtippat, difficilis digeſtionis, bene nutrit, *decoctum* ſudorem & urinam potenter movet doſ. lib. ß. *extrinſecus* ſiccat catarrhos, dolores capitis & ventris ſedat, fit *decoctum D. Ambraſii*. Ad omnes febres intermittentes, doſ. lib. ß.

Milium ſolis, *peerlen-kruyt*, *gremil*, *ſemen* calefacit & ſiccat in 2. calculum com-

comminuit & expellit, renes abstergit; urinam citat, & partum pellit, dos *seminis* ad ℈iiij.

Mille folium, *gerwe*, *mille feuil*, refrigerat in 1. & siccat in 3. adstringit, ad vulnera, tumores, inflammationes, in hæmorrhagia, fluxu alvi & uteri, hæmoptiis, vomitu, mictione sanguinolenta, gonorrhæa, hæmorrhoidibus, & mariscis. *Extrinsecus* ad cephalalgiam, hæmorragiam narium, fit *aqua* dos. lib. ß.

Mille morbia, *vide* Scrophularia.

Mille pedæ, *vide* Aselli.

Milvus, *eenen gier*, *incineratus* podagræ & epilepsiæ subvenit. Dos. ad ℈j. *fel* ocularius additur, *pinguedo* articulorum doloribus convenit.

Minium ex quo fit *emplastrum* valde exsiccans.

Molybdæna, seu plumbago similem lithargyrio vim possidet.

Momordica, pomum mirabile, *balsem-appel*, *merveil*, *fructus* pomum dictum refrigerat & siccat, vulnerarium est, dolores hæmorrhoidum mitigat, sauciatis nervis confert, herniis & ambustis. Fit *oleum*.

Morsus diaboli, *vide* Succisa.

Morus, *moerbesien-boom*, *meurier*: *cortices* & *radices* calefaciunt & siccant,

abstergunt, aperiunt hepar & lienem, laxant alvum dos. in decocto ad ℥j. *fructus immaturi* refrigerant & siccant, valde adstringunt, pro diarrhæa, dysenteria, fluxu menstruo, expuitione sanguinis, *extra* ad inflammationem oris & faucium fit decoctum dos. ℥iiij. *syrupus maturi* alvum solvunt, sitim sedant, & appetitum excitant, fit *rob.* dos. ℥ß.

Moschata, nux aromatica, *note moschate*, *noix muscade*, calefacit & siccat in 2. subastringit, stomachum confortat, cephalica, uterina, discutit flatus, juvat concoctionem, ad oris fœtorem, roborat fœtum, ad lypothymiam, palpitationem cordis, minuit lienem, ad alvi fluxum & vomitum. *Flores macis*, præstantiores vires habent quam *nux*. Condiuntur virides sicut inglandes. Dos. ʒij. *oleum still.* prodest in caldialgia, & syncope. Dos. gr. 5. *oleum* expressum confortat stomachum, prodest in torminibus ventris, somnum consiliat, temporibus illitum, &c.

Moschius, *muscus-geyt*, *la chevrette de musc*, muscus excrementum inclusum vomicæ juxta umbillicum, calefacit & siccat in 2. attenuat, discutit, cordialis est, cephalicus & alexipharmacus, pro palpitatione cordis, venerem stimulat, dos. gr. 4. mulieribus insensus, fit *species* diamosc. dos. ℈ij.

Motacilla, *quick-ſteert, hoes queu*, ipſa avis integra atterit calculum, vel pulveriſata cum vino rhenano ad ʒj. introſumpta.

Muria eſt *brodium* in quo haleces vel alii piſces fuerunt conditi. Inſervit clyſteribus pro hydrope, gangrænam cohibet, ſtrumas diſſipat, & ulcera fœtida mundificat.

Mulus, *eenen muyl, un mulet, ungula* menſes nimium fluentes ſiſtit *ſuffitu.Cinis ungulæ* potus ſterilitatem cauſat.

Mus, *muys, un ſouris*, vivus diſſectus & impoſitus extrahit ſpicula, curat ictus ſcorpionum, *cinis* mictioni involuntariæ nocturnæ medetur, doſ. ʒj. *ſtercus* calculum frangit, cum vino potum ad ℈j.

Mus major, *een ratte, un rat, cauda* venena eſt, *ſtercorata* ad ℈ß. introſumpta menſes movent.

Mumia, *vide* Homo.

Muſca, *een vlieghe, un mouche*, ſubveniunt alopeciis, fit *aqua* cum melle capillos reſtituens.

Muſcus arboreus, uſnea, *du mouſch*, adſtringit. in diarrhæa, dyſenteria, abortum præcavet, doſ. in pulvere ad ʒj. *extra* in laxitate gingivarum, in ſanguinis fluxu compeſcendo, &c.

Muſcus terreſtris, *aert-moſt*, convenit cum muſco arboreo. My-

Myrabolani omnes, expurgant corpus dos. in decocto ad ℥iiij.

Myrrhis, *spaenschen kervel*, *percil d'asne*, calefacit & siccat in 2. incidit, expectorat, pellit calculum, menses & urinam dos. in pulvere ad ʒj. in decocto ad manup. 1.

Myrrha calefacit & siccat in 2. aperit, attenuat, maturat, discutit, putredini resistit, menses citat, fœtum expellit, in pulmonum & intestinorum mucilagine, pro raucedine, tussi, pleuritide, colica, & lumbricis, dos. ad ℈ij. *extra* prodest in igne sacro, gangræna, tumoribus, ulceribus & vulneribus inveteratis ac recentibus. Fit *oleum* pro prædictis & condiendis cadaveribus.

Myrtus, *myrtus-boom*, *meurte*, *folia* & *baccæ* adstringunt alvi fluxum, & expuitionem sanguinis, *extra folia* emendant fœtorem sub axillis, defendunt herpetem; putredinem oris in gargarismate sanant, subveniunt procidentiæ uteri ac ani, capitis tineas furfuresque abigunt, fit *syrupus* dos. ℥j. & *oleum* ad prædicta.

Myrtacantha, *vide* Ruscus.

Myrtillus, vaccinia, *krake-besien*, *cakelens*, refrigerant & siccant in 2. subadstringunt, sedant sitim, vomitum, & alvi fluxum compescunt, dos. pro libitu.

NA

NApellus, *Municks-kapkens*, planta tota eſt venenata, quæ totam extinxit Antverpiæ familiam.

Napus rapum ſativum, *pin-raep, naveau long*, *ſemen* calefacit & ſiccat in 2. abſtergit, aperit, digerit, attenuat, incidit, ad venena, febres malignas, petechias, morbillos & variolas ad cutim pellit, ad icterum, urinam retentam movet doſ. ʒj. fit *oleum* expreſſum ad colicam & tormina ventris in clyſteribus.

Naphtha convenit cum petrolæo.

Narciſſus, *narciſſen*, *radix* calefacit & ſiccat in 2. abſtergens & ſubadſtringens, *folia* contuſa herniam ſanant & ambuſta ſuper impoſita.

Naſturtium aquaticum, *water-kerſſe*, *creſſon d'eau*, calefacit & ſiccat in 2. exſiccat, attenuat, aperit, ad calculum, obſtructiones lienis, & hepatis, menſes movet, ſpecificum ad ſcorbutum, fit *aqua* doſ. lib. ß. *herba* in decocto ad manup. ij. *ſpiritus* ad ℈j.

Naſturtium hortenſe, *keſſe*, *creſſon*, calefacit & ſiccat in 4. attenuat, aperit, abſtergit, ad lienem tumidum, pellit menſes & fœtum mortuum, ad tartaream mucilaginem pulmonum, ſcorbutum, doſ.

dos. in decocto ad manup. 1. vel commestum, *semen* pellit variolas & morbillos dos. ʒj. *extra* in apoplegmatis. & errhinis. Ad furfures & scabiem capitis.

Nasturtium pratense, flos cuculi convenit cum nasturtio aquatico.

Nepeta, cataria, *katte-kruydt*, *herbe de chat*, calefacit & siccat in 3. attenuat, aperit, ad morbos uteri, obstructiones, sterilitatem, tartarum pulmonum, menses pellit, & cito conglutinat, *extra* ad omnia vulnera recentia, dos. *succus* ad ℥ij. condimentum lactucæ est.

Nephriticum lignum, *vide* Lignum nephriticum.

Nerium rhododapne, *oleander-boom*, *rosage*, arbor est venenata, nam in *turcia*, gladii & sagittæ *succo* ejus inficiuntur ut lætaliter vulnerent.

Nicotiana, tabacum, petum, herba sanctæ Crucis, sana sancta, *toeback*, *tabacque*, calefacit & siccat in 2. abstergit, incidit, resolvit, subadstringit, ab putredinem, sternutatorium, anodinum, vulnerarium, vomitorium, siccat catarrhos, somnum consiliat, lassitudines discutit, valet in peste, dolore dentium, tumores uvulæ, ad lichenes, porrigines, achores, vulnera & ulcera invetera consolidat, ad ambusta, nocet juvenibus & buliosis. Mictionemque nocturnam curat suffitu.

Nigella

Nigella, *spinnekoppen-kruydt*, *nielque*, calefacit, attenuat, expectorationem juvat, mucilaginem pulmonum incidit, lac auget, citat urinam, & menses, pleuritidem sanat, ad morsus venenatos, pro febribus intermittentibus, dos. *seminis* ad ℨj. *radices* ad hæmorrhagias *extrinsecus* applicata.

Nigellastrum, *koren-roose*, *nielle de bled*, *semen* cum melle pro pessario in mensibus retentis, fœtum necat, extra ad scabiem.

Nitrùm, *salpeter*, *salpetre*, resistit putredini, æstum & sitim compescit, tartaream saburram incidit. Coagulatos grumos resolvit, dolores mitigat, præcipuè *lapis prunellæ* pro febribus ardentibus & putridis, peripneumonia & calculo. In obstructionibus hepatis & mesenterii, in inflammatione faucium & angina, dos. ad ℨj.

Nitrum saturnisatum, confert astmaticis, cardialgia, & ventriculi fervore affectis dos. gr. 6.

Nitrum vitriolatum optimum est in melancholicis affectibus, febribus quibuscumque continuis, & intermittentibus, calculo & scorbuto dos. ad ℈ij.

Sal cacheeticum chalibeatum pro appetitu profligato, cachexia, febribus, nephritide, catarrhis, scorbuto, lue venerea,

nerea, paralysi sanguinem purificat, somnum inducit, & leviter alvum solvit dos. ad ℈j.

Spiritus nitri dulcis, in pleuritide, peripneumonia,& para phrenitide,reprimit & sedat effervescentiam, discutit & resolvit crudos, nitrosos, tartareosque vapores, viscera reserat, calorem præter naturalem infringit, usus ejus insignis in colica & febribus præcipuè malignis dos. ad ℈ij.

Noctua, *eenen nacht-uyl*, *un hibou*, *caro* curat paralyticos, melancholicos & fatuos teste *Rabbi Moysi* apostemata anginæ mirabiliter aperit & rumpit *cinis* scilicet integræ non deplumatæ in guttur immissus,*Fel* ad maculas oculorum, pinguedo aciem oculorum acuit.

Nux juglans, *vide* Juglans.

Nummularia, *penninck-kruyt*, *monnoyre*, refrigerat in 1. & siccat in 3. subadstringit, ad pulmones exulceratos, venas ruptas, ad tussim siccam, in fluxu cujuscumque generis, diarrhæa, dysenteria, hemoptysi, scorbuto, & hernia dos. in decocto ad manup. 1.

Nux vomica, *kraen-ooghen*, amuletum est in peste gestatur sed inter venena numeratur nam canes interficit.

Nymphæa, *plompen*, *oft wyvets-bladers*, *bland d'eau*, *radices & semina* refrige-

frigerant in 2. & ſiccant in 3. *flores & folia* refrigerant & humectant, ſingula ſunt uſus ad fluxum alvi, pollutionem nocturnam ſeminis acrimoniam, ſanguinis æſtum, ac tenuitatem, venerem extingunt. *Extrinſecus*, *folia* temporibus applicata ſomnum conſiliant, fit *aqua* ex floribus doſ. ℥iiij. *ſyrupus* ad ℥j. conſerva ad ℥ß. *extractum* ad ℈ij *oleum*, & *unguentum*.

OC

OCimum, *vide* Baſilicum.

Ococol *oleum* eſt quod reſolvit, & obſtructiones impedit, emollit & maturat, præcipuè in utero obſtructo ac indurato, uſus in ſuffitu familiare eſt in India Occidentali.

Olea, *olyf-boom*, *oliver*, *folia* refrigerant in 2. & ſiccant in 3. adſtringunt, ad fluxus alvi & uteri, dos in pulvere ℈ij. *fructus* conditi cauſant appetitum, & alvum movent, *oleum* emollit, digerit, laxat, ad vulnera pectoris, ariditatem, tormina ventris urinarios meatus laxat, eroſos abſtergit & conſolidat, *extra* in clyſteribus, doſ. ad ℥j.

Olor, *een ſwaen*, *un cygne*, *pulli* in oleo cocti ad dolores podagricos, *adeps* emollit, lenit, attenuat, & hæmorrhoides, duritiem pudendi, & lentigines cutis tollit.

Pelis.

Pellis plumis tenerrimus obſita colicos juvat, & ſtomachum confortat.

Omphacium, *verjuys, du verjus*, inſervit tam eſculentis quam medicamentis, refrigerat in 2. & ſiccat in 1. valet ad hypochondria ardentia, ſtomachi ardorem, in calidis omnibus morbis juvamen eſt. Fit *ſyrupus* de agreſta, vomitum ſiſtens, alvi fluxus bilioſos, & ſitim ſedat, æſtus viſcerum temperat, ſtomachum calidis humoribus laſceſſitum recreat, febres bilioſas ſanat & venenis reſiſtit doſ. ad ℥j.

Onobrychis calefacit & ſiccat, attenuat, & digerit apoſtemata indurata & inveterata, *folia* nempe contuſa & impoſita vel in cereviſia cocta.

Ononis, reſta bovis, *ſtal kruydt*, *bouvrande*, *radix & cortex* calefacit & ſiccat in 3. abſtergit, attenuat, diſcutit, in diureſi, lithiaſi, ictero, obſtructione hepatis, ſarcocele, hæmorrhoidibus cæcis, mariſcisve diſcutiendis (infuſum & aliquam diu bibitum) *extrinſecus* in putredine oris, & dolore dentium (*in gargariſmate*) fit *aqua* doſ. ℥iij. *ſyrupus* ℥j. *ſal* ad ʒj.

Opium lachryma eſt quæ ſtillavit ex capitibus papaveris dum matureſcebant leviter inciſis. Spiritus commotos, inquietos, ſeditioſoſque compeſcit, torporem

porem inducit, valet in vigiliis doloribusque intensis, sed nec suis incommodis *opium* caret, malignitatem quoque exercere aptum est, idcirco ejus loco *laudanum* in usu est, quod neminem spe unquam frustrabit. Nam confert citra molestiam & cerebri ullam perturbationem, adversus omnis generis dolores, à quacumque causa subortos, contra omnes hæmorrhagias, in quacumque parte corporis fuerint, contra omnes defluxiones & fluores ventris, dysentericos, lientericos, hepaticos, ad inducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentibus, in quibus rationes læduntur in phrenesim æger plerumque delabitur dos. à gr. 1. ad gr. 3.

Opobalsamum, *vide* Balsamum verum.

Ophioglossum, lancea Christi, *aderstonghe*, *langue de serpent*, siccat, abstergit, & ulcera conglutinat, fit *extractum* dos. ℨj.

Opopanax gummi, calefacit in 3. & siccat in 2. emollit, digerit, flatus discutit, pituitam lentam, viscosam & crassam incidit cum emplst. dyachylogum.

Orchis, *vide* Satyrium.

Origanum, *orego*, *origan*, calefacit & siccat in 3. aperit, abstergit, ad obstructiones pulmonum, hepatis, uteri, tussim,

asthma

aſthma, icterum, lac auget, ichores per ſudorem expellit, *extra* in balneis uteri & ad ſcabiem doſ. in decocto ad manup. 1. fit *aqua* doſ. ad ℥iiij.

Ornus, *overeſſchen-houdt*, fructus valde adſtringunt in omni fluxu ſed paucis notus coquuntur in vino rubro doſ. ad vitra duo de die.

Oryſa, *rys*, *du ris*, calefacit in 1. & ſiccat in 2. probe nutrit, auget ſemen, obſtruit, hypochondriacis nocet.

Oſtiocolla, *vide* Lapis oſtiocolla.

Oſtrea, *een oeſter*, *des huitres*, peſtiferos bubones loco transferunt & virus omne ad ſe trahunt ſunt autem agglutinanda brachiis dum bubo in alis eſt, ſin vero in guen obſiderit femoribus.

Ovis, *een ſchaep*, *un mouton*, calefacit, emollit, lenit. *Sevum* fluxum alui ſedat cum vino rubro doſ. ℥j. omentum calidum colico medetur dolori *impoſitum*. *Stercus* aperit, diſcutit, ſudorem provocat, variolas & morbillos expellit doſ. in cerevisia num. 5. 6. *urina deſtillata* ad hydropem doſ. ℥v.

Ova, *vide* Gallina.

Oxyſaccharum, *vide* Antimonium.

P A

PAlma, *dadel-boom*, *palmier de dattes*, hujus *fructus* dactyli, *dayen*, ſubad-

ſtrin-

ſtringunt, aſperitatem faucium leniunt, fœtum in utero roborant, fluxus ventris ſiſtunt, vitiis renum & veſicæ ſuccurrunt concoctu ſunt difficiles, capiti dolorem inferunt, & melancholicum humorem generant, fit *electuarium* diaphænicum doſ. ℥vj.

Palma Chriſti, *wonden-boom*, calefacit & ſiccat in 3. potentiſſimè movet alvum & vomitum. Accedit, intrinſecus ad venena, oleum tamen ex nucleis expreſſum ſanat ſcabiem & ulcera ſordida capitis.

Palumbus, *wilde duyve*, *pingeon ſauvage*: *plumæ* pulveriſate ictericos reficiunt, calculoſis, urineque difficultati, bus ſubveniunt doſ. ad ℈j.

Papaver, *witten heul*, *du pavot*, *capita* cum & ſine ſemine, refrigerant & humectant in 3. ſomnum conſiliant, valent in affectibus pectoris, pulmonum, tuſſi, raucedine, phthiſi, alvi fluxu. *Extra* in dolore leniendo, & ſomno introducendo, capiti applicatum doſ. ſeminis in emulſione ad ℥ß. *aqua* ad ℥iiij. *ſyrupus* ad ℥j.

Papaver erraticum *kol-bloemen*, *pavot ſauvage*, *flores* refrigerant & humectant in 4. *ſem.* ſomnum conſiliat, anodyni, ad febres, pleuritidem cui ſpecificè prodeſt, menſes ſiſtit, extra herba hepati impoſita

posita hæmorrhagiam narium ſiſtit. Fit *aqua* doſ. lib. ß. *ſyrupus*, ℥j. *conſerva* ℥ß. extractum ad ʒj.

Paralyſis herba, primula veris, *ſleutelbloem*, *brayes de cocu*, *folia* cum floribus calefaciunt & ſiccant moderatè, ſubadſtringunt, in affectibus capitis apoplexia, epilepſia, paralyſi, *extrinſecus ſuccus* in arthitide impoſitus. *Acetum* radicibus impregnatum & loco errhini naribus attractum odontalgiam mirabiliter ſedat, fit *ſyrupus* doſ. ℥j. *conſerva* ad ℥ß. *aqua* ad lib. ß.

Parietaria, herba muralis, *glas-kruydt*, *parietair*, refrigerat in 2. & humectat in 1. emollit, maturat, extergit, ſubadſtringit, in pectoris, mucilagine, tuſſi, ſtranguria, calculo renum, exſtrinſecus ad tumores, erypſipelas, ambuſta & vulnera fit *aqua* doſ. lib. ß. *ſyrupus* ad ℥j.

Parix, *een kees-meeſe*, *un maſyns*, ad renum calculos: & colicos cruciatus.

Paronichia, *vide* Ruta muraria.

Paſſer, *een muſche*, *un mounou*, hujus *cerebrum* ſtimulat venerem, *fæces* alvum laxat doſ. ad ℈ij. *oſſa* pulveriſata ad epilepſiam ʒj.

Paſſer troglotites, *een winter-koninckxken*, valet ad calculum atterendum & expellendum incineratus doſ. ℈iiij.

Paſſulæ, *vide* Vitis.

Paſti-

Paſtinaca lati folio, *peſtenaken*, *paſtinaques*, radices calefaciunt & ſiccant in 2. bene nutriunt, proſunt ventriculo, renibus, & veſicæ, *ſemen* flatus diſcutit, ad colicam, hydropem, & urinam retentam. Doſ. ℈ij.

Paſtinaca ſylveſtris, *voghels-neſt*, *panetz ſouvage*. *Semen* calefacit & ſiccat in 3. attenuat, aperit, ad tuſſim, pleuritidem, hepatica, ſplenetica, uterina, citat menſes, & venerem ſtimulat, doſ. ad ʒj.

Pavo, *een pauw*, *pavon*, 30. annis vivit, *jus* pavonis pleuriticis ſpecifice prodeſt *fel* oculorum habitudini & ſuperciliis medetur. *Stercus* pulveriſatum vertiginem & epilepſiam ſanat doſ. ad ʒj. maceratum per noctem in vino, continuando potum à novi lunio ad plenilunium, *pennæ* in ſuffitu pro hyſtericis.

Pediculus, *een luys*, *un pous*, contra icterum devorantur n. 9. aut 10.

Pentaphylon, quinque folium, refrigerat & ſiccat, adſtringit, vulneraria, ad catarrhos paraliſim, phthiſim, in ſanguinis expuitione, obtundit acrimoniam bilis, fluxum alui & uteri, in hernia, doſ. in decocto ad manup 1. *extractum* ad ʒj.

Perca, *eenen baes*, *un perche*, *lapides* in capite reperti ad calculum doſ. ℈ij.

Perdix *een patreys*, *un pertris*, comeſta

mesta semen & lac auget, venerem stimulat, *jecur* siccatum & pulverisatum morbo regio resistit.

Pennæ inserviunt suffocationi uterenæ in *suffitu*, & torminibus ventris.

Perfoliata, *door-was*, *perfolate*, calefacit & siccat, ad vulnera, herniam, in enterocelis, tumidis artubus & strumis.

Persicus malus, *persen-boom*, *peschier*, *fructus* humectant & refrigerant in 2. parum nutriunt, facile putrescunt, alvum laxant, *exsiccati* constippant, ad fluxum alvi, *flores* calefaciunt & siccant, abstergunt, in lumbricis infantium, alvum laxant mesenterium deobstruunt, expurgant serum. Fit *syrupus* dos. ℥ij. *conserva* ad ℥j, *nuclei* calefaciunt in 2. & siccant in 1. diuretici lithontriptici, in obstructione hepatis dos. ℥j. in decocto. *Oleum* sedat aurium dolores.

Persicaria, *water-peper*, *culraise*, vulneraria, ad tumores inveteratos, ulcera, & maculas faciei in cataplasmate, fit *sal* pro lapide medicament. crollii ad scabiem.

Pes anserinus convenit cum solano.

Petsiates, *docke-blaeders*, *glouteron*, *radix* calefacit & siccat in 2. attenuat, aperit, sudorifica est & alexipharmaca in peste, lypothymia uterina, mucilaginem tartaream incidit, pro tussi & asthmate, *extrin-*

extrinſecus ad bubones & ulcera maligna doſ. in decocto ad ℥ij. *extractum* ad ℈iiij.

Pæonia, *pioenen*, *pivoine*, radices & flores potiſſimum calefaciunt & ſiccant, in 2. ſubadſtringunt ad epilepſiam, cephalalgiam, incubum, affectus uteri, citat menſes, lochia, ad dolores poſt partum, & obſtructiones hepatis, fit *aqua* cum vino doſ. cochlear 1. *ſyrupus* ℥j. *conſerva* ℥ß. *radices* in pulvere ad ʒj.

Petrocelinum, *petercilie*, *du perſil*, tota planta, calefacit & ſiccat in 2. attenuat, aperit, extergit, diureticum, hepaticum, in obſtructione hepatis, lienis, renum, & veſicæ. Ad menſes retentos, tuſſim, aſthma, icterum, cachexiam, & calculum, *extrinſecus* reſolvit tumores, oculorum ſuggillationes, impedit capillorum caſum, imminuit lac mammis impoſitum *ſuccus* contra tuſſim ad ℥j. cum lacte introſumptus, *aqua* ad lib. ß.

Petrocelinum montanum, elaphoſelinum, *eppe*, *radices & ſemina* calefaciunt & ſiccant, in 3. alexipharmacum, ſudoriferum, duireticum, diſcutit, ad calculum, peſtem, morbos flatulentos, & ſtranguriam, doſ. in decoct. ad manup. ij.

Petrocelinum macedonicum, apium

ſaxatile, *petercelie van macedonie*, *du perſil de macedoine*, calefacit & ſiccat in 3. abſtergit, attenuat, aperit, alexipharmacum, citat menſes, & urinam, ad dolores lumborum, ſumitur cum butyratys ad libitum.

Peucedanum, fœniculum porcinum, *verckens-venckel*, *fœnoil de porc*, calefacit & ſiccat in 3. aperit, attenuat, diſcutit, mucilaginem tartaream educit, in affectibus pectoris, tuſſi, obſtructione hepatis & lienis, renum, urinæ, calculi, *extra* vero ad hemicraniam, cephalalgiam, in tumoribus renitentibus, & ulceribus inveteratis doſ. in decocto ad ℥ij. *radix*.

Phalangium contra ictus ſcorpionum, aranearum, & viperarum impoſitum.

Phalaris, *canarie-ſaet*, impinguat corpora, contra atrophiam & extenuationem.

Phillirea, *vide* Liguſtrum.

Pica, *een exter*, *un agas*, maxime commendatur ad oculorum obſcuritatem & ruborem, convenit maniacis, epilepticis, & melancholicis comeſta. Fit *aqua* picarum doſ. ℥j.

Piloſella, *vide* Auricula muris.

Pimpinella, *pimpernelle*, *pimprenele*, calefacit, aperit, abſtergit, ſudorifica, lithon-

lithontriptica, vulneraria, ad venena; morbos contagiosos, obstructiones hepatis, lienis, renum, pulmonum, menses, erenulas, calculum promovet, ad stranguriam, colicam, tussim, asthma, perupneumoniam, cruditatem & imbecillitatem ventriculi, luem veneream, antidotum est argenti vivi, extra in maculis faciei, odontalgia, lac auget, maturat bubones, cancrosos tumores, mundificat & consolidat vulnera dos. in decocto ad manup. 2. fit *conditum* ex radicibus dos. ℥j. *conserva* ʒß. *aqua* lib. 1. *sal* ad ʒj.

Pinaster, *pyn-boom*, *pin sauvage*, cortex refrigerat, & siccat, adstringit, in dysenteria, dos. in decocto ad ℥j. *extra* ad rugas faciei, mammas exturberantes, *oleum* ad tineas & verrucas.

Pinæa, pinus sativus, *pingel-boom*, *piguet*. *Nuces*, *strobuli*, calefaciunt in 1. & siccant in 2. maturant, leniunt, agglutinant, resolvunt, impinguant, adeoque nucleorum usus præcipuus est ad phthisim, tussim, stranguriam, acrimoniam urinæ, venerem stimulat, & ulcera renum consolidat, fit *oleum* recens dos. ad ℥j. expressum, *confectio* ad ℥ß. comesti in jusculo pro libitu.

Piper, *peper*, *du poivre*, *rotundum & longum*, calefacit & siccat in 3. incidit,

 atte-

attenuat, aperit, resolvit, ad frigiditatem ventriculi, colicam, visum imbecillem, flatus, *extrinsecus* in apophlegmatismis, gargarismis, sternutatoriis, ad odontalgiam, columellam tumidam, affectus frigidos nervorum, fit *oleum*, admodum penetrabile est, flatus discutit, & paroxismum tertianæ præcavet si horis 2. ante poroxismum exhibeatur purgato prius corpore dos. ad gutt. 2. & 3.

Pissasphoitos, *joden-peck*, *harpois de Sirie*, calefacit in 3. & siccat in 2. doloribus capitis aliisque ejus morbis à causa frigida obortis medetur. Usus temporibus applicatur.

Pistatia, Terebinthus Indica, *pistacien*, *pistaches*, calefaciunt in 2. & humectant in 1. attenuant, aperiunt, ad mucilaginem pulmonum, obstructionem hepatis roborant stomachum, ad nauseam, vomitum, appetitum causant, & bonum suppeditant nutrimentum. *Usus* in condimentis, & orthocreis.

Pix, *peck*, *du harpois*, resinarum vires obtinet *liquida pix* calefacit, discutit, emollit, digerit, & anodina est. *Sicca* exsiccat fortius.

Pisum, *erweten*, *du pois*, refrigerant & humectant, estate biliosis prosunt, *sicca* difficulter coquuntur, & stomachum gravant.

Plan-

Plantago, *wegh-bre*, *wevers-bladeren*, *plantain*, tota refrigerat & ſiccat, in 2. abſtergit, incraſſat, hepatica, vulneraria, ad diarrhæam, dyſenteriam, gonorrhæam, expuitionem ſanguinis, in mixtione involuntaria, menſium fluxu immodico, *extra* conſolidat vulnera, & ulcera inveterata, doſ. in decocto, *folia* vel enemate ad manup. 1. *ſemen* ad ℥j. in pulvere ad ʒj. *aqua* ad lib. ß. *extractum* ad ʒj.

Platanus, *planen-boom*, *folia* humectant & refrigerant, *cortices* autem & *fructus* magis exſiccant: *folia* in vino cocta & applicata contra opthalmiam & inflammationes oculorum cortices in aceto coctæ in collutione oris contra dolorem dentium, cineres cum oleo roſarum mixti pro linimento ſingulariter contra ſcabiem.

Plumbum, Saturnus, *loot*, *du plomb*, refrigerat, adſtringit, incraſſat, libidinem reprimit, ulcera carnibus implet, cicatrices obducit, ulceribus malignis, cancroſis, putridis, tum per ſe, tum ſale ſuo permiſtum convenit. Fit *magiſterium* vel *ſaccharum* Saturni: quod frigiditate ſuâ libidinem extinguit doſ. gr. 5. *extrinſecus* arcet libidinem, ſi partes eo inungantur mira præſtat in ulceribus corroſivis, malignis, cancroſis, impetiginibus,

ginibus, ambuſtis, ac inflammationibus, diſſolvit tumores duros, & ſcirrhoſos, *ſpiritus Saturni* reſiſtit putredini doſ. gutt. 15.

Polygonum, centum nodia, *verckens-gras*, *la renovée*, refrigerat in 2. & ſiccat in 3. adſtringit, vulneraria !, ſiſtit diarrhæam, dyſenteriam, menſes, vomitum, hæmorrhagiam, *extrinſecus* ad vulnera, ulcera, & inflammationes oculorum, ad mammarum tumores doſ. *aqua* ad ℥iiij. *extractum* ad ʒj.

Polygonatum, *Salomons-zegel*, *ſeeux de Salomon*, *radices* & *baccæ* temperatè, ſubadſtringunt, extergunt, ad fluorem album, doſ. *rad.* ad ʒj. *baccæ* pituitum, mucilaginem, per vomitum & ſeceſſum educunt, doſ. n. 15. *extra aqua* è *radicibus*, maculas abſtergit, cutim dealbat, reſolvit ſugillationes ac tumores renitentes, lotione fugat lenticulos capitis, ſcabiemque ſiccat, maculaſque morbillorum delet.

Polypodium, *boom-vaeren*, exſiccat, aperit, obſtructiones meſenterii, lienis, hepatis & hypochondriorum: laxat dulciter alvum bilem & pituitam abſtergens convenit febribus diuturnis quartanæ & tertianæ, lui venereæ ac aſthmati. Dantur in decocto cum paſſulis & roſmarino ab ℥j. ad ℥ij.

Poly-

Polytricum, trichomanes convenit cum capill. veneris & adianto.

Pomum amoris, *gulden appel, pomme d'amour, fructus* in oleo cocti sanant omnis generis scabiem.

Pompholyx medicamentum est citra morsum desiccans, probe lotum. Præstantissimum est, quamobrem ad ulcera cancrosa, & omnia alia maligna, *inspergendo.*

Pomus, malus, *appel-boom, pomier, acida* adstringunt, *dulcia* laxant, *subacida* seu *vinosa* confortant ventriculum, & febricitantibus conveniunt, *silvestria* adstringunt. Fit *syrupus*, de pomis contra affectus cordis, syncopen, palpitationem, ventriculum confortat, sitim sedat, & febribus auxiliatur dos. ℥j.

Populus alba, *abeel-boom, peuplier*, humectat, & calefacit moderatè, cortex ad arthritidem, *succus* foliorum ad dolorem aurium & ambusta.

Populus nigra, *popelier-boom, peuplier noir. Gemmæ* capillos augent, dolores sedant, *succus* in foraminibus populi collectus, verrucas, ac impetigines curat. *Unguentum populeon* refrigerat & somnum cociliat.

Porrum, *parrey, porreau, totum* calefacit & siccat in 3. attenuat, aperit, incidit, resolvit, ad aurium tinnitum, suppura-

purationem, ad hæmorrhoides tumentes, & dolentes, *ſemen* citat urinam, ſed nocet oculis, ſomnos facit turbulentos doſ. ʒj.

Portulaca, *percelyne*, *porcellaine*, refrigerat in 3. & humectat in 2. adſtringit, parum nutrit, ad lumbricos, æſtum bilis, ad febres malignas, ardorem urinæ ſcorbutum, tabem, *extra* ad inflammationes oculorum *aqua* doſ. lib. ß. *ſyrupus* ℥j. *conſerva* ℥ß.

Potamogetum, *vide* fontalis.

Praſſium, *vide* Marubium.

Primula veris, *vide* Paralyſis herba.

Propolis, *vide* Apes.

Prunella, conſolida minor, *brunelle*, *herbe au ſcarpentier*, calefacit in 1. & ſiccat in 3. abſtergit, conſolidat, vulneraria. Ad ulcera pulmonum, ſanguinem coagulatum, *extra* ad vulnera anginam, affectus oris & faucium in gargariſmate, & ad odontalgiam fit *aqua* doſ. ℥iiij.

Prunus domeſtica, *pruym-boom*, *prunier*, refrigerant & humectant in 2. emoliunt & laxant alvum, acrimoniam humorum mitigant, ſitim extinguunt, linguam humectant doſ. ad ℥iiij. cum foliis ſenne.

Pruneolæ, *promiolen*, *de brugnolles*, refrigerant magis quam reliquæ, hu-

mectantque, sed citra alvi commotionem, adeoque aptiora censentur, gratumque refrigerium in febribus exhibent dos. pro libitu. Fit *electuarium* diaprinum solutivum dos. ℥vj.

Præcocia, *abricosen*, *abricoz*, refrigerant & humectant in 2. putrescunt facile, nocent ventriculo, causant dysenteriam, nuclei ad vermes, *oleum* è nucleis ad hæmorrhoidum dolores, cum vino rhenano ad calculum & dolorem nephriticum dos. ℥j.

Pseudo acantus, spondilium, *semen* calefacit & siccat, aperit & incidit, valet ad asthma, epilepsiam, icterum, hydropem, & suffocationem uteri. Dos in in pulvere ad ʒj.

Psyllium, *vloye-kruydt*, *herbe de pulces*, temperatum, purgat bilem flavam, obtundit acrimoniam humorum, ad dysenteriam, & erosiones humorum ac singultum dos. ad ʒiij. in infusione pro extractione mucilaginis.

Ptharmica, draco sylvestris, pyretrum sylvestre, *wilden dragon*, *du pyretre sauvage*, *radices* & *folia* calefaciunt & siccant in 3. odentalgiam sanant inter maxillam & dentem dolentem apposita.

Pulegium, *poley*, *pouliot*, calefacit & siccat in 3. attenuat, incidit, aperit, resolvit, citat menses, fœtum, & calcu-

lum, hepaticâ, pulmoniaca, ad nauſeam, & tormina ventris, icterum & hydropem, *extra* prodeſt capiti, ſomnum arcet, vertiginem diſcutit, doloribus arthriticis convenit, dentes abſtergit, & fugat pulices. Fit *aqua* doſ. ℥iiij. conſerva ℥ß.

Pulmonaria arborea, *boom, louger-kruydt, pulmonair ſe levant*, temperata uſus præcipuus in affectibus pulmonum, ſcilicet eroſione, tuſſi, aſthmate, in profluviis alvi & uteri, *extrinſecus* in vulnerum ſanguine compeſcendo doſ. in decoct. ad ℥ß

Pulmonaria maculoſa, ſymphytum maculoſum, *plecxkens-kruydt, herbe aux poumons*, refrigerat & ſiccat moderatè, pro affectibus pulmonum, phthiſi, expuitione ſanguinis, conſolidat, & conglutinat ulcera, *extrinſecus* in vulneribus, doſ. in lacte dulci ad manup. 2. *aqua* ad lib. ß. *conſerva* florum ad ℥j.

Pulſatilla, *keucken-ſchellen, paſſe fleur*, calefacit & ſiccat in 3. cauſtica eſt, & puſtulas exitans, ſed intus nocet.

Pyretrum, *beer-tram, pyrethre, radix* calefacit & ſiccat in 3. attenuat, incidit, ſudorem valde movet, venerem ſtimulat, urinam expellit, dolorem ventris ſedat, intrat philon. rom. doſ. ℈j. *extrinſecus* inſigne eſt in odontalgia, & hemicrania in ore *radix* detenta. Py-

Pyrola, *winter-groen*, *pyrole*, refrigerat & ſiccat, adſtringit, conſolidat, vulneraria eſt doſ. in decocto ad manup. 2. *extractum* ad ʒj.

Pyrus, *peren-boom*, *poirier*, refrigerant & ſiccant *fructus* acidi, adſtringunt, in fluxu alvi præcipuè cocti.

Q U

QUercus, *eycken-boom*, *chesne*, *folia*, *glandes*, cortices, *calices*, refrigerant, ſiccant, adſtringunt, ad fluxus alvi, uteri, & ſeminis doſ. in decocto ad ℥ij. in pulvere ad ℈ij.

Quinque folium, *vide* Pentaphillon.

R A

RAna aquatica, *water-vorſche*, *grenoille*, *ranæ* comeſtæ contra omnium ſerpentum venena, ignemque ſacrum reſtinguit, *cor* eſt antipilepticum, idem de *hepate*. *Cinis* inſperſus ſanguinem profluentem ſiſtit, internè gonorrheam cohibet aſſumptus doſ. ʒj. Fit *aqua* ex ſpermate ad faciei ruborem, impetigines curat, *emplaſtrum* de ranis cum & ſine mercurio vigonis. Valde reſolvunt.

Ranunculus viridis, *eenen kieck oft loock-vorſche*, *un grenouille de hay*, cinis hujus valde ſtypticus.

Ranun-

Ranunculus hortensis intus assumptus, hominem interficit, *extra* vero carpis impositus contusus pro vesicatoriis.

Rapa sativa, *een raepe, un naveau*; calefacit in 2. & siccat in 1. *semen* est antidotum, citat venerem & pellit morbillos, *radix* culinaria, flatulenta, lenit acrimoniam bilis, & asperitatem bronchiorum ac asperæ arteriæ, *extra* ad perniones.

Raphanus rotundus, radicula sativa, *radys oft ramelatse*, *radys* vel *ramelas*, *tota* calefacit in 3. & siccat in 2. aperit, abstergit, attenuat, citat calculum, urinam menses, ad obstructiones hepatis, lienis, & mesenterii, ad mucilaginem viscosam in ventriculo, confert ad distributionem chyli, sed hoc notandum quod ructus ciet. *Extrinsecus* apponitur plantis pedum in febribus. Fit *aqua* dos. ℥iij. ictericis utilis.

Raphanus rusticanus, vel marinus, *peper-wortel*, *racinne pouvrez*, calefacit & siccat in 3. easdem cum armoracia vires habet, sed fortiores.

Rapistrum, *berick*, calefacit & siccat in 3. convenit fere cum sinapi.

Raponticum, calefacit & siccat in 2. stomachicum, spleneticum, hepaticum, ad dolorem podagricum ictus venenatos,

tos, fit *extractum* dos. ʒj. valde confortat.

Regina prati, *vide* Ulmaria.

Regulus avis, *vide* Passer triglotites.

Resta bovis, *vide* Ononis.

Rhabarbarum, *rhabarber*, *du rhebarber*, calefacit & siccat in 2. purgat bilem flavam, primamque regionem, hepati prodest, pro ictero, diarrhæa, dysenteria, dos. ad ℈iiij. in infusione ad ʒij. fit *syrupus* de cichor cum rhabarbaro. Dos. ad ℥ij. *extractum* ad ℈ij.

Rhamnus, catarcticus spina infectoria, *ryn-besien*, *du ramne cartarctique*, *baccæ* purgant bilem, & serosos humores, unde usus præcipuè in cachexia, hydrope, & arthritide. Dosis *baccarum* N. xv. *syrupus* ad ℥ij. *extractum* ad gr. 8.

Rhinoceros, *gehoorende neuse*, *le rhinocer*, commendatur ad venena, contagia, aliosque morbos malignos, movet sudorem, ideoque loco unicornu in hujus defectu esse poterit. Dosis in pulvere ad ℈ij.

Rhodia radix, *roosen-wortel*, *racine sentant*, radix calefacit & siccat in 2. cerebrum confortat, cum rosis contusa, & temporibus applicata.

Rhodium lignum, calefacit & siccat in 1. adstringit, ad oris ulcera, & nomas genitalium.

Rhus, sumach, *sumach*, *rhon*, refrigerat

gerat & ſiccat in 2. adſtringit, ad fluxus alvi, menſium, hæmorrhoidum, bilem obtundit, *extra* ad putrefactiones, gangrenam, *gummi* dentibus inditum ad dolores eorum, doſ. *ſucci* inſpiſſati ad ℈ij.

Ribes, groſſularia, *beſekens over de zee*, *des groſſelles*, refrigerant & ſiccant in 2. penetrat, ſubadſtringit, prodeſt ventriculo, ad fluxus alvi, diarrhæam, dyſenteriam, choleram, febres bilioſas, putredinem, & ſitim extinguit, fit *conditum* doſ. ℥j. rob. ℥ß. & *vinum* pro prædictis.

Ricinus, *een teecke*, ignes ſacros reſtinguit, ad impetigines contumaces & feras ac curatu difficiles (illitus) teſte *Amat. Luſitan.*

Ricinus Americanus, *wonder-boom*, *catupuce Americaine*, potenter per ſupeperiora & inferiora expurgat doſ. nucleus unus extorticatus. Succus letalis eſt.

Riſigallum eſt auripugmentum.

Roſa hyemalis, *vide* Althea arborea.

Roſa, *rooſe*, *roſes*, refrigerant in 1. & ſiccant in 2. *pallidæ* ſeu incarnatæ laxant alvum, rubræ adſtringunt in fluxu alvi ac uteri, pro apetitu depravato, febribus & ſitim. Pro phthiſi, atropia, & tuſſi. *Extra* ad vomitum, dolorem capitis, aurium, gingivarum, vigilias & ulcera.

Contra

Contra inflammationes oris & faucium. Fit *acetum* roſarum rubrarum *aqua* pro colliriis, *conſerva* rubrar. doſ. ℥j. *ſyrupus* de roſ. ſiccis ℥j. *mel* roſarum ad putredines.

Conſerva Roſarum pallidarum doſ. ℥ij. *ſyrupus* pallid. ad ℥iij. laxat alvum, &c.

Ros ſolis, rorella, *loopigh-kruydt. roſée de ſoleil*, çalefacit & ſiccat in 4. *Dodoneus* uſum internum vetat, alii in aqua vitæ infuſa pro cordiali uſitato illam habent, odoctalgiam ſedat in ore detenta. Fit ex ipſa famota illa compoſitio ſequens.

Ros ſolis de turino corroborans cerebrum cor & ſtomachum, præſervat ab epilepſia, & apoplexia, animo languentes refocillat, peſti reſiſtit, mitigat rigores quartanæ, bonum habitum corpori conſiliat, in cachexia, & chloroſi utilis, ut & in calculo, doſ. unic. 1. in nimia quantitate, contrarium operatur.

Roſmarinus, *rooſemaryn*, *roſmarin*, *planta* cum toto calefacit & ſiccat in 2. incidit, ſubadſtringit, cæphalicus, uterinus, ad affectus capitis, nervorum, apoplexiam, epilepſiam, paralyſim, vertiginem, viſum acuit, ad halitum fœtentem, hepatis, lienis, uteri, obſtructiones reſolvit, ictero, ac fluori albo medetur, in cucuphys prodeſt in catar-

rhis.

rhis. Fit *aqua* cum vino dos. ℥j. *oleum* ℈ß. *conserva* ℥ß. *species dianthos* ad ℈ij.

Rubia tinctorum, *mee-krap, de la garame*, calefacit & siccat in 2. aperit, discutit, dissolvit, subadstringit, vulneraria, ad obstructiones hepatis, lienis, uteri, in ictero, & hydrope, urina suppressa, & mensibus obstructis dos. in apozemate ad ℥ij.

Rubinus, *eenen robyn*, *un robin*, est gemma rutilans, rubensque, resistit venenis, & omnibus febribus malignis dos. præparatus ad ℈j.

Rubrica, *root kryt*, *croye rouge*, siccat & adstringit, valet in sputo sanguinis dos. ℈j.

Rubus vulgaris, *braem-besien, buisson*, refrigerant in 1. & siccant in 3. *immaturi* valde adstringunt, in dysenteria, diarrhæa, vomitu sanguinis, fluxu uteri, & narium, *extra* ad aphthas, aliosque oris affectus abstergendo, cappillos reddit nigros, & ad scabiem. Fit *rob* dos. ℥ß. *syrupus* ℥j.

Rubus idæus, *framboisen*, *des framboises*, *fructus* easdem vires obtinent, quas præcedentes, cordiales tamen censentur præ iis. Fit *spiritus* in spiritu vini dos. cochlearia 2. vinum ad lib. 1. *cerevisia* pro libitu.

Rus, *vide* Sumach.

Ruſcus, myrtachanta, bruſcus, *ſtekende palm*, *petit hou*, *radix* calefacit & ſiccat temperatè, incidit, attenuat, aperit, in obſtructione hepatis, urinæ, menſium, & ſtranguria, recenſeturque inter quinque radices aperientes doſ. in apozemate ad ℥j. in pulvere ad ʒj.

Ruta hortenſis, *ruyte*, *de la ruë*, *ſemen* & *herba* calefacit & ſiccat in 3. incidit, attenuat digerit, diſcutit, alexipharmaca, cephalica, nervina, ad peſtem, morbos malignos, venena, viſum acuit, contra laſciviam, pleuritidem, imbecillitatem ventriculi. Colicam, morſus canis rabidi, minuit ſemen, ad lumbricos, ſed nocet generationi, *extrinſecus* ad ictus ſerpentum, pro carbunculis, cephalalgia, & febribus malignis, ſed gravidis nocet. Fit *oleum* ſtillat doſ. ℈ß. *oleum* infuſum pro litu. *Sal* ex cineribus doſ. ʒj.

Ruta muraria, adiantum album, capillus veneris, *ſteen-ruyte*, *ruë de muraille*, temperata digerit, diſcutit, ad mucilaginem viſcoſam pulmonum, ad tuſſim, aſthma, pleuritidem, icterum obſtructiones lienis, renum & veſicæ, citat urinam, ſabulam, & *calculos*. *Extra* auget capillos contra ulcera manantia, fit *ſyrupus* capillorum vener. Doſ. ℥j. in apozemate doſ. ad manup. 2.

S A

SAbina, *ſavel-boom*; *ſavinier*, calefacit & ſiccat in 3. diſcutit, penetrat, incidit, attenuat, pellit menſes, fœtum ejicit, urinam citat, & aſthmaticis prodeſt, *extrinſecus* in affectibus uterinis, ulceribus arcendis, ſcabie exſiccanda ac curanda cum cremore lactis. Doſ. in pulvere ad ℈ij. fit *ſpiritus* doſ. ℈ſs. *extractum* ad ℈j. *oleum* ad gutt. 3.

Saccharum, *ſuycker*, *du ſucre*, omne eſt calidum ſed moderatè, linguæ ſcabritiei, pectoris aſperitati, tuſſi & ſputo movendo conducit, ſed dentibus officit, eos enim nigros reddit, & mobiles, ac rubedine & carie inficit. Fitque ex illo *ſaccharum candiſatum*, *penidium*, *roſarum ſyrupus*, &c.

Sagapenum gummi, calefacit in 3. & ſiccat in 2. attenuat, aperit, incidit, ſpicula elicit, purgat ſeroſos, lentos, & viſcoſos humores ex ventriculo, inteſtinis, utero, cerebro, renibus, nervis, & juncturis, hinc prodeſt in hydrope, tuſſi inveterata, aſthmate, cephalalgia, ſpaſmo, epilepſia, paralyſi, tremore artuum, in obſtructione ſplenis, dolore colico, ſed fœtum enecat. *Extrinſecus* convenit in pleuritide, doſ. ad ʒj. maſtiche correctum.

Salman-

Salamandra, *eenen ſalamander*, *un ſalamandre*, animal eſt venenatum, *incineratum* tamen feliciſſimè ſcrophulis medetur.

Salix, *eenen wilgen-boom*, *ſaux*, refrigerat & ſiccat in 1. ſubadſtringit, contra libidinem, vigilias, æſtum febrilem, hemorrhagiam, *julii* ſiſtunt hæmorrhagiam quamcumque impoſiti, doſ in decocto ad manup. 1.

Salſa parilla, ſarſa parilla, ſmilax aſpera, *radix* calefacit in 1. & ſiccat in 2. penetrat, ſudorifera, uſus præcipuè in lue venerea, quam ſpecificè curat, in catarrhis, herpete, arthritide, doſ. in decocto ad ℥ij. *pulvis* ad ʒj. *extractum* ad ʒj.

Salvia, *ſavie*, *ſauge*, *tota*, calefacit & ſiccat in 2. ſubadſtringit, abſtergit, diuretica, menſes nimios emendat, recreat matrem & fœtum, ad paralyſim, vertiginem, tremorem, catarrhos, mulieres fecundat, 4. vel 5. folia comeſta & abortum præſervat. Fit *aqua* cum vino deſtillata doſ. ℥ß. ſine vino ad ℥ij. *conſerva* ex floribus ad ℥j. *oleum* ſtillat ad ℈ß.

Sambucus, *vlier*, *ſahus*, calefacit & ſiccat in 1. reſolvit, ad hydropem, *flores* diſcutiunt, emolliunt, reſolvunt, ſudoriferi, anodyni, in eryſipelate abigendo, & quartana curanda. *Extrinſecus*, ad coli-

colicam, & ambuſta, in gangrena ac eryſipelate doſ. in decocto ad manup. 1. *baccæ* ſudorificæ ſunt & alexipharmacæ, *cortex* interior convenit cum floribus. *Turiones* movent alvum, quandoque vomitum, doſ. ad pugil ij. *ſemen* baccarum pulveriſatum expurgat corpus doſ. ʒj. *ſpongia* vel auricula jude in aqua euphragiæ macerata oculorum affectibus medetur impoſita. Fit *aqua* ex floribus doſ. ℥iiij. *acetum* cauſat appetitum, doſ. cochlear 1.*rob*.ad ℥j. *extractum* ad ſuffocationem uteri doſ. ℈j. *tinctura* ad cochlear ß. *tragea granorum actes quercetan* optimum eſt arcanum adverſus dyſenteriam doſ. ad ℈ij.

Sandaracha, *vide* Arſenicum.

Sanguis draconis, *draeken-bloedt*, *ſangue dragon* : eſt lachrima arboris exſiccata, refrigerans & valde adſtringens, exſiccat, repellit, valet ad catarrhos, in hæmorrhagia ſiſtenda, vulneribus glutinandis, ad dyſenteriam & omnem alvi ac uteri fluxum, dentes laxos firmat doſ. in pulvere ad ℈j.

Sanguiſorbia, *Italiaenſche pimpernelle*, *pimpernelle d'Italie*, refrigerat & ſiccat, adſtringit, vulneraria, pulmoniaca, ad catarrhos, phthiſim, in morbis malignis, in profluvio alvi, præcavet abortum, *extrinſecus* ad omnes hæmorrhagias

gias dof. in pulvere ad ʒj.

Sanicula, *fanikel*, *fanicle*, calefacit & ficcat in 2. adftringit, vulneraria, confolidat ulcera, fiftulas, ac erofiones internas & externas : dof. in decocto ad manup. 1. fit *aqua* dof. lib. ß. *fyrupus* ad ℥j.

Santalum lignum, album, rubrum, & citrinum de quo hic. Refrigerat & ficcat in 2. eft hepaticum, cordiale, ad palpitationem cordis, obftructiones hepatis, & febres dof. in pulvere ad ℈j. *Rubrum* magis adftringit dof. ℈ij. fit *fpecies* diatrion fantal. Dof. ℈ij. *ungnuentum* fantalinum pro hæmorrhoidibus.

Santonicum, femen zedoariæ, *feven-faet*, *femence à vers*, calefacit & ficcat in 2. necat lumbricos omnis generis, dof. ʒj.

Sapo, *Zeep*, *favon*, lenit dolores podagricos, & laxat alvum impofitus.

Saponaria, *zeep-kruydt*, *herbe à foulon*. *Folia* & *radices*, calefaciunt & ficcant, attenuant, aperiunt, movent fudorem, ad afthma, icterum, citant menfes, & urinam, *radices* ad luem veneream. Dof. in decocto ad ℥ij. *extra* difcutit tumores, panos, ad fordes manuum.

Sapphirus lapis, eft gemma colore cæruleo pellucida, *faphier-fteen*, *faphir*, eft frigida & ficca, adftringens, confolidans, alexipharmaca, cordialis, ophalmica, valet ad omnem alvi fluxum, & hæmorrhoidum

rhoidum cum *aqua* plantaginis præparata ad ℈j. febribus malignis adverſatur, cordiacos ac melancholicos affectus tollit, cum *aqua* cordiali propinata ut ſupra. *Extra* ſiſtit omnem hæmorrhagiam, & oculos à variolis & morbillis tuetur adhibita.

Sarcocolla gummi calefacit & ſiccat in 1. adſtringit, conſolidat, glutinat, coquit, maturat, valet in vulneribus extergendis, conſolidandis & cicatrice obducendis, unde & nomen adepta eſt.

Saſſafras, *cortex* calefacit & ſiccat in 3. *lignum* calefacit & ſiccat in 2. attenuat, aperit, diſcutit, ſudores movet, valet iu omnibus obſtructionibus, partes internas roborat, ſterilitatem emendat, & luem veneream ſanat doſ. in decocto ad ℥j. fit *extractum* ad ℈ij.

Satureia, *keul*, *ſariette*, calefacit & ſiccat in 2. attenuat, aperit, diſcutit, in affectibus ventriculi, cruditate, anorexia, aſthmate, citat menſes, acuit viſum, fit *aqua* doſ. ℥iij.

Satyrium ſeu Orchis, *handekens oft ſtandel-kruydt*, *coullon de chien*, calefacit in 2. & humectat in 1. valet ad ſpaſmum, venerem ſtimulat, conceptionis efficaciſſimum remedium fit *radix* condita doſ. ad ℥j. *electuarium* diaſatyrion doſ. ℥ß.

Sax-

Saxifraga, *steen-breeck*, *du saxifrage*, calefacit & siccat in 2. aperit, diuretica, ad sabulum, & calculum renum & vesicæ, mucilaginem attenuat, citat menses & fœtum mortuum. *Extrinsesus* in balneis diureticis, dos. in decocto ad manup. 1. in *pulvere* ad ʒj. *aqua* lib. ß.

Scabiosa, *scabueuse*, *de la scabieuse*, calefacit & siccat in 2. attenuat, discutit, sudorifera, alexipharmaca, pulmoniaca, in pleuritide, angina, tussi, asthmate, peste, fistulosis, seu manantibus ulceribus mammarum, & crurum. *Extrinsecus* in scabie, pruritu, impetigine, ac tinea capitis, in dolore hæmorrhoidum in suffitu. *Aqua* dos. lib ß. *syrupus* ad ℥j, *conserva* ex floribus ℥ß. *sal.* ad ʒj.

Scammonium, est *succus* radicis, scammoneæ expurgat valde humores bibisos, acres, & serosos, sed cum adeo intestina ac viscera erodat, & cor conturbet, correctione opus habet, hinc alii aliter instituunt: nempe scammonium correctum per cydonium, id est, *diagridium* vel diagrydium, quod leniter purgat sine omni molestia dos. ad gr. 16.

Scammonium sulphuratum idem facit sine molestia dos. ad gr. 10.

Scammonium rosatum ad idem. Dos. gr. 15.

Scan-

Scandix, *naelde-kervel*, calefacit & ſiccat in 2. aperit & incidit obſtructiones hepatis lienis & renum doſ. vino cocta ad manup. ij in aqua autem petrocellini potenter provocat urinam introſumtum & applicatum.

Scarlea *uide* horminum.

Scarabeus, cervus volans, commendatur ad dolores & contracturas nervorum. Ft *oleum*, ex infuſione ad aurium dolores inſtillatum.

Scarabeus ſolaris ſtercorum, *een beeſt uyt den peerden-ſtront*, valet magnopere in procidentia uteri & ani pulvis in ſperſus, & hæmorrhoidibus cæcis. Additurque emplaſtris pro bubone & carbunculo peſtilentiali.

Scincus marinus, alexipharmacus eſt veneremque accendit. Doſ. ℈j. ingreditur mitridantium, & antidotum mathioli.

Scorpio, *een ſcorpioen*, *un ſcorpion*, ictibus propriis ſubveniunt triti & impoſiti: fit *oleum* ſcorpionum, uſitatiſſimum pro renum calculo & urina obſtructa, dorſo & pubi illinitum. Medetur ictibus venenenatorum animalium, febrium paroxiſmos arcet, pulſibus vel ſpinæ injunctum.

Schenantum, juncus odoratus, *kemels hoy*, *paſture de chrmeau*, calefacit & Siccat

ſiccat in 2. ſubadſtringit, penetrat, diſcutit, ad obſtructiones menſium, hepatis, lienis, inflationes ventriculi, ad vomitum & ſingultum, in urinæ difficultate doloribus renum & veſicæ, *extra* corrigit fœtorem oris, roborat ventriculum dosſ. in decocto vini ad ℥ß.

Scholopendrium verum, caterach, *miltkruyt*, *ſcolopendre*, calefacit & ſiccat in 2. abſtergit, ſpleneticum, in duritie lienis, ictero febri quartana, urinam movet, calculum comminuit menſes ſciet, doſ. in decocto, ad manup. 1. fit *ſyrupus* doſ. ℥j.

Scholopendrium vulgare, lingua cervina, *herts-tonge*, *langue de cerf*, ſubadſtringit, attenuat, ſplenetica, hepatica, ad lienem tumidum, fluxu alvi, expuitione ſanguinis *extra* mundificat vulnera, doſ. in decocto ad manup. 1.

Scordium, *water-loock*, *chamataz*, calefacit & ſiccat, in 2. abſtergit attenuat, incidit, putredini, reſiſtit, alexipharmacum & ſudoriferum eſt, uſus præcipuus in peſte, peſtilentialibuſque morbis, febribus malignis, in obſtructione hepatis, & lienis, in pulmonibus purulentis, ac mucilagine refertis. Citat menſes & urinam, *extrinſecus* in cataplaſmate mundificat vulnera, dolores lenit, & grangneæ reſiſtit, doſ. in decocto ad manup.

1. in *pulvere* ad ℨj. fit *aqua* doſ. lib. ß: *ſyrupus* ℥j. *electuarium diaſcordium* doſ. ℨij.

Scorpioides, *ſcorpioen-kruyt*, valet contra ictus ſcorpionum contuſum & applicatum.

Scorzonæra, *ſcorſionera*, *de la ſcorſonere*, *radix* calefacit & humectat in 1. alexipharmaca, ad morſus ſerpentum, in peſte, melancholica, epilepſia vertigine, & ſuffocatione uteri. Doſ. in apozemate ad ℥iij. *aqua* ad lib. ß. *radices conditæ* ad ℥j.

Scrophularia major, ocymaſtrum, ficaria, millemorbia, *ſpeen-kruyt*, *ſchrophulaire*, *radix* calefacit & ſiccat, digerit, incidit, ad ſtrumas, ſcrophulas, in ficis & mariſcis ani, in cancroſis ac ſimilibus ſerpentinis ulceribus, malignaque ſcabie. *Extra* in tumoribus renitentibus, maligniſque molliendis ſit *aqua* ex tota planta doſ. ad lib. ß.

Scylla, *zee-ajuyn*, *de la ſcylle*, *radix* calefacit & ſiccat in 2. attenuat, incidit, abſtergit, diſcutit, putredini reſiſtit, diuretica eſt, inobſtructione hepatis, lienis, meatus bilarii, menſium, & urine, in mucilagine pulmonum, tuſſi, &c. *radix* præparatur in maſſa panis incluſa & clibano cocta. Ex qua fit *oximel ſcylliticum* doſ. ℥j.

Sebeſten, reſrigerant & humectant mode-

moderatè emolliunt, ad acrimoniam humorum, ad catarrhos acres, acrimoniam urinæ, febres biliosas, obstructiones alvi. Fit *electuarium* de sebelten dos. ad ℥j.

Secale, *rogghe, koren, seigle*, *farina* calefacit, minus tamen quam triticum, magis vero quam hordeum. Usus est culinaris, *extrinsecus* ad tumores, & dolores discutiendos adeoque imponitur pleuritidi, erysipelati, & podagricis doloribus.

Sedum majus, *donderbaert, joubarbe, folia* refrigerant in 3. & siccant in 1. adstringunt, incrassant, ad diarrhæam, febres biliosas, æstum & sitim. *Extrinsecus* in angina dos. in apozemate ad manup. ß.

Senecio, erygerum, *kruyrkens-kruydt, senneßon*, refrigerat, ad choleram, icterum, calorem hepatis, lumbricos, & vomitum, in dolore ischiatico & fluore muliebri, *extrinsecus* in mammis inflammatis, scabie, strumis & arthritide, fit *aqua* dos. ℥iij.

Senna orientalis, calefacit & siccat in 1. purgat adustos & serosos humores, bilem flavam, & pituitam, dos. in pulvere ad ʒj. in infusione ad ʒiij. fit *extractum* dos. ℈ij.

Sepia, *swert bloedt-vis, seische, os sepia*

pia exſiccat abſtergit, pulveriſatum vel incineratum, gingivis tumidis ſubvenit in dentifriciis, maculis, nevis, ſcabiei humidæ medetur, & oculis cum melle inditus, aſthmaticis auxilio eſt, gonorrhæam ſiſtit, calculos pellit, & urinam movet. Pulvis introſumptus ad ℈j.

Serpens, *een ſerpent*, *un ſerpent*, integri combuſti ſine capite & cauda, pulvis ſerpentum vim habet alexiteriam, ſudoriferam, non venenatam, ex hoc fit bezoardicum animale compoſitum valens adverſus venena, &c. doſ. ad ℈j.

Serpentaria convenit cum radicibus aronis cujus ſpecies eſt.

Serpillum, *wilden tymoes*, *du pollet*, calefacit & ſiccat in 3. attenuat, aperit, cephalicum, citat menſes, urinam, ad ſpaſmum *extra* ad vigilias, vertiginem, & cephalalgiam doſ. ad manup. 1. in juſculis.

Seratula calefacit & ſiccat in 2. conſolidat contuſiones, intrinſecas & extrinſecas, contra herniam, & hæmorrhoidalem fluxum applicata & in vino cocta ac in pulvere ad ʒj. aſſumpta.

Seſamum, calefacit & humectat moderate, emollit, paregoricum, viſcoſum, pingue: Adeoque emplaſticum eſt, nervorum duritiem illitu diſcutit;

&

& colicis doloribus medetur *oleum* ad duritiem nervorum, aurium dolores ulcera serpentia & maligna.

Seseli officinarum calefacit & siccat in 1. *semen* menses & urinam movet ac flatus discutit dos. in pulvere ad ℈ij.

Seseli massilioticum calefacit & siccat in 3. incidit, aperit, discutit, ad affectus capitis, epilepsiam, visum imbecillem, spasmum, catarrhos. Affectus pulmonum, pectoris, in tussi, obstructione hepatis, hydrope, ventriculi cruditate, in calculo renum & vesicæ, in mensibus obstructis, specifica antidotus est contra cicutam. *Extrinsecus* in spasmo pro lacte mammarum coagulato, &c. dos. in apozemate ad ℥ß.

Seseli criticum, calefacit & siccat in 2. nephriticum, uterinum, pulmoniacum, pro stranguria & urina remota, menses citat, & expectorationem promovet dos. ad ʒj. in decocto.

Sideritis, *gulde-kruydt*, *carpentair*, abstergit, adstringit, vulneraria, præcipuè ad herniam puerorum in cataplasmate.

Siler montanum, *vide* Seseli officinarum.

Silex, *een key-steen*, *oft vier-keye*, *un caillou*, *pulvis* silicum valet ad tartaream mucilaginem incidendam dos. ad ℈j. fit *sal calcinatum* dos. ℈j. *oleum* silicum

per deliquium datur ad gutt. 16.

Siliqua dulcis, *Sint Jans-broodt*, *carouges*, *fructus* ſiccat & adſtringit non eſt in uſu.

Sinapi, *moſtaert*, *mouſtarde*, *ſemen* calefacit & ſiccat in 4. incidit, attennat, attrahit, rubificat, appetitum excitat, chylificationem promovet, in affectibus hypochondriacis, quartana, hydrope, tartarea mucilagine, & calculo doſ. ʒj. maſticatum ad paralyſim, *oleum* ad nervos frigidos.

Siſarum, *ſuycker-wortels*, *du cheruy*, *radix* calefacit & humectat in 2. aperit, ſubadſtringit, prodeſt ventriculo, ad appetitum, diuretica, lithontriptica, bene nutrit, facilis digeſtionis, & ſpecifica antidotus contra argentum vivum. Uſus eſt culinaris.

Siſymbrium convenit cum menta hortenſi.

Sium, *vide* Apium aquaticum.

Smaragdus, *vide* Lapis ſmaragdus.

Solanum, *nacht-ſchaye*, *de la morelle*, *herba* & *baccæ* refrigerant in 3. & humectant in 2. *extra* in eryſipelate, cephalea, æſtu febrili, ac parotidibus, pedibus applicatum.

Soldanella, *zee-koole*, *chou de mer*, calefacit & ſiccat in 3.educit valide aquam adeoque confert in hydrope Sed zinzibere

bere & cinnamomo correcta dos. ℈ij.

Solidago saracenica, *heydens wond-kruydt*, calida & sicca in 2. consolidat omnia vulnera recentia & inveterata ac ulcera fustulosa, tam in decocto assumpta, quam succus instillatus, item in gargarismate pro putredine gingivarum.

Sonchus, *dauw-distel*, refrigerat & siccat, *succus* expressus ad ℥ij. cum vino introsumptus sanat icterum & dolorem nephriticum, cum cerevisia introsumptus auget lac in mammis, & partum accelerat, pro doloribus aurium instillatus, & inflammationibus ani & partium genitalium applicatus.

Sophia, *loop-kruydt*, refrigerat & siccat, adstringit in omni fluxu alvi & uteri præcipuè dysenterico. *Semen* datur in vitello ovi cum vino rubro ad ʒj.

Sorbus, *spreeuw-besien*, *sorbier*: *fructus* refrigerant in 2. & siccant in 3. adstringunt in alvi fluxu, uteri, sed sepè nocent, *extra* adstringunt vulnera, *fructus conditi* ad ʒij.

Sorgum, *vide* Melica, *sorgh-saet*, refrigerat & siccat, adstringit in omni fluxu alvi & uteri, præcipuè pro fluore albo dos cum vino rubro ad ʒj.

Spergula, *speurie* bene nutrit & causat bonum nutrimentum in lacte.

Sperma ceti, *bloem van de zee*, *am-*

bre blange, humectat & resolvit, anodinum est, in sanguinis coagulatione, in casu, pleuritide, torminibus colicis, in tussi, tartaroque pulmonum demulcendo. Dos. ad ʒj. *extra* pro coagulo lactis in mammis, cum gummi ammoniaco, &c.

Spica nardi belgica, lavevendula, *lavendel*, *lavande*, calefacit & siccat in 3. penetrat, cephalica, uterina, nervina, catarrhos paralysim, spasmum, vertiginem, lethar. Tremore artuum, partum promovet, *extrinsecus* in masticatoriis pro catarrhis, &c. fit *Conserva* ex floribus, Dos. ℥ß. *spiritus* ad ℈ß. cum vino ad ʒj. *oleum* gutt. 5.

Spica celtica, calefacit in 1. & siccat in 2. convenit cum spica indica, sed imbecilliores vires habet. Utilior tamen in cienda urina, & roborando stomacho.

Spica nardus, spica indica, calefacit in 1. & siccat in 2. attenuat, nephritica, & stomachica est, usus præcipuè in mensibus ciendis, in ventriculi erosione ac inflatione, in ictero, &c. *extrinsecus* in lixiviis capitis, & artuum, in masticatoriis ad catorrhos, *odor* fugat pediculos. Ingreditur *theriacam*, mitridat: &c.

Spinachia, *spinagie*, *espinas*, culinaris refrigerat & humectat in 2. parum nutrit, laxat alvum, generat flatus, lenit aspe-

asperitatem pulmonum, & sanguinem melancholicum generat.

Spodium refrigerat & exciccat, stipticum, confortat cor, &c. convenitque cum ebore.

Spondylion, *vide* Pseudo-acantus.

Stannum vel Jupiter convenit hepati & utero, fit *sal* ex floribus, præstantissimum est remedium in suffocationibus uteri, quas ad miraculum compescit dos. gr. 3.

Staphisagria, herba pedicularis, *luyse-kruydt*, *herbe aux poulx*, *semen* calefacit & siccat in 4. *extrinsecus* usus est necandis pediculis, ad odontalgiam aceto correctum, & ad ulcera abstergenda.

Stæchas, calefacit & siccat in 2. abstergit, attenuat, aperit, ad affectus capitis, nervorum, vertiginem, apoplexiam, paralysim, lethargum, ad morbos pectoris, citat urinam, & menses, contra venena, & affectus hypochondriorum fit *syrupus* dos. ℥j.

